PARS TERTIA.

INSTITVTIONIS GRAMMATICÆ GRETSERI,

DE ARTE GRÆCE' CONTRAHENDI


ET DE NOTIS.

In Artem declinandi & coniugandi.

DIGESTA.

PRO QVARTANIS.

A P. Petro Gras Societ. IESV.



AVENIONE,

Ex Typographiâ P. OFFRAY, In Foro S. Desiderij.

M. DC. LXV.

Superiorum permissu.

PROLVDIVM.

TOTVM Artis Grammaticæ Græcæ negotium, in ſex primaria capita diſtribuendi conſilium dedit, Scholarum in Collegiis noſtris partitio; vt cuique ſeparatim Scholæ ſuum eſſet deſtinatum doctrinæ munus.

Prima pars ſextæ, vt appellamus, Scholæ munus diſtribuit Artem declinandi, nudam & ſeparatam, quantum licuit, ab omni difficultate: ſatis enim erit ſi declinandi negotium nouerint primi illi diſciplinarum alumni, in ſubſtantiuis nominibus, & adiectiuis, & comparatiuis: quibus adiunguntur pronomina, in quibus vnica eſt difficultas in primitiuis ἐγὼ, σὺ, οὗ: nam reliqua omnia pronomina declinantur more adiectiuorum.

Secunda pars quintæ Scholæ onus impoſuit Artem coniugandi puram, ſepoſitis, in alium ordinem, coniugationis difficultatibus; nam facillimũ eſt ei, qui probè nouit Artem coniugandi, anomalias deinde intelligere, & ab iis ſe extricare: vnde ars coniugandi erit centrũ illud circini, in quo firmato fideliter pede, ad omnium difficultatum peripheriam inoffenſo veſtigio ſe quiſque protendet.

Tertia pars quartæ ſcholæ negotium aſſignat Diſſertationes in vtramque Artem declinandi, &

coniugandi: in quibus enucleantur difficultates coniugationis, & declinationis, cum iam adoleuerint ingenia discipulorum, capescendis difficultatibus idonea: atque adeo contractionum negotiũ iis addicitur, declinatio Attica in ως. Notæ difficiliores ad integram coniugationis intelligentiam.

Quarta pars tertiæ scholæ destinat verba in μι, cum aliis anomalis, quorum anomalia ex Arte euoluitur: Inuestigatio thematis artificiosa; quibus omnibus attexuntur accentus, qui sunt præcipui in Græco sermone momenti.

Quinta pars humanitatis vnicum erit negotium, extricatis iam probè etymologicis declinationis & coniugationis difficultatibus, in Græco sermone peritè intelligendo versari: Vnde ei Syntaxis Græca proponitur, seu ea quæ cum Latinis conuenit, seu ea quæ ex proprio idiotismo ab aliis linguis multum discrepat, quæ discrepantia, quam fieri poterit, apertè nudéque proponetur, & explicabitur.

Sexta pars Rhætoricæ tandẽ consecrat poësim Græcam: Indeque disputatio de Quantitate, de Dialectis, de licentiis Poëticis erit eius officium; quæ nimirum ita proponentur, vt & pangendis carminibus apta fiut, simul & intelligendis Poëtis.

Hæc distributio tametsi non sit eiusdem methodi, atque eius qua docemus linguam Latinam: erit vero commodissima exhauriendis omnibus Græcæ Grammaticæ difficultatibus, apta methodo, & ad ingenium tironum accommadata.



DISSERTATIONES
IN ARTEM DECLINANDI
GRÆCE.

CVM primam partem, quæ fuit de arte græce declinandi, purgauerim, quantum licuit, ab iis difficultatibus quæ officiunt tenellis ingeniis puerorum, in his dissertationibus eas expedire constitui, cuiusmodi sunt de contractione Græca, de Declinatione nominum atticorum in ως, de Genere nominum græcorum, & similibus vnde fit.

DISSERTATIO I.
DE ARTE CONTRAHENDI GRÆCE.

Hic primo fundamenta Iaciam contractionum omniũ, seu in nominibus, seu in

verbis, explicata communiter contractionis natura; deinde de modo faciendæ contractionis; tunc in quibus debeat fieri contractio; postremum agendum erit de Anomalis contractionibus.

DE NATVRA CONTRACTIONIS.

I. Quid est contractio?
R. Est duarum vocalium sibi cohærentium in vnam longam vel diphthongum confusio.
I. Quot modis fit hæc confusio?
R. Duobus modis. 1. Cum vtraque vocalis conseruata in diphthongum confunditur; vt τῷ ἀληθέϊ ἀληθεῖ, τῇ λήτοϊ λητοῖ. 2. Cum vtraque vocalis mutatur vel in longam vt εα in η τὸν ἀληθέα ἀληθῆ: vel in diphthongum εο in ου, vt ἀληθέος ἀληθοῦς.
I. Quotuplex est contractio?
R. Duplex, Regularis & Irregularis.
I. Quæ est contractio regularis?
R. Contractio regularis est ea quæ fit præcedente vna ex breuibus α, ι, υ, ο, ε, nunquam η, & ω prioribus.
I. Qua methodo debet fieri contractio?
R. Omnis vocalis breuis præcedens con-

trahi debet in ſeipſam longam factam, vel in diphthongum confuſam : ita ο in ω, ε in η, α in α longum, ι in ι longum, υ in υ longum; vel in diphthongos quæ per ſe longæ ſunt, vt in ſingulis vocalibus explicabitur.

OBSERVATIO.

Notãdum vocales in omnibus linguis excultis quinque reperiri : a, e, i, o, u, variis characteribus & pictura formatas.

Latinæ,	*Græcæ,* *Cõmunes*	*Breues*	*Longæ*	*Hebrææ.* *Longæ*	*Breues.*
a	α			ָ	ַ
e		ε	η	ֵ	ֶ
i	ι			ִי	ִ
o		ο	ω	וֹ	ֳ
u	υ			וּ	ֻ

Obſerua Hebræos vocales longas à breuibus pictura diſtinxiſſe ita vt alio charactere pingatur a , longum ; alio a , breue.

Græci cum olim vocales geminarent, quas vel

lent longas ostendere : duas tantum deinde vocales ε ε in η, ο ο in ω contraxerunt : vnde apud eos duæ tantùm mansere longæ picturæ; η & ω & duæ breues ε, ο : at vero α, ι, υ, communes nec longæ, nec breues; sicut apud Latinos a, e, i, o, u, nec longæ, nec breues sunt, sed indifferentes ad omnem quantitatem.

His notatis antequam ad singulas vocales descendo, præmittenda duxi quædam axiomata, quæ ad omnia contractionum genera se extendunt.

AXIOMA I.

Iota in Contractione non deperditur, sed vel adscribitur vt τῇ λητόϊ λητοῖ vel scribitur vt κέραϊ κέρᾳ, τιμάοιμι τιμῷμι, τιμάῃς τιμᾷς, τιμάεις, τιμᾷς.

AXIOMA II.

Qualis est Contractio nominatiui Dualis & Pluralis, talis est & Accusatiui & Vocatiui in Imparisyllabis.

Inde contra regulas communes, Accusatiuus pluralis plerumque contrahitur, vt

ſit conformis cum Nominatiui contractione ἀληθέες ἀληθεῖς. Acc. ἀληθέας ἀληθεῖς non ἀληθῆς. Ita ὄφεας ὄφεις non ὄφης, βασιλέας βασιλεῖς non βασιλῆς.
Ita βόες βοῦς, τοὺς βόας βοῦς, non βῶς. μείζοες μείζους, τοὺς μείζοας μείζους non μείζως.
Ratio quia mira eſt analogia inter hos tres caſus, quo fit vt in declinatione pariſyllaba ſeruet accuſatiuus ſẽper eandẽ vocalem, & accentum nominatiui: λόγος λόγον, μοῦσα μοῦσαν ἀνείας ἀνείαν, & in impariſyllabis ſi ſit par nominatiuo vt ναῦς ναῦν, μῦς μῦν, ἰχθῦς ἰχθῦν, In neutris tres hi caſus in omni numero ſimiles ſunt.

AXIOMA III.

Omnis vocalis ex Contractione nata longa eſt.
Ratio, quia ſupponitur ex duplici vocali conflata vt ὄφιϊ ὄφι, κέρᾳε κέρᾳ, βότρυες βότρυς.
Sicut duplex εε in etha conflatur, & duplex οο in ω, ita duplex αα in α quod tam longum eſt, atque ω, & ita de aliis.
Vtinam Simonides, qui dicitur η & ω conflaſſe duplex υυ ſeu υ longum pictura ex-

pressisset ω, & duplex α α, α cum puncto in ventre, & iota longum in l aut simili pictura: sicut Hebræi distingunt picturâ longas à breuibus; à quantis nos difficultatibus exemisset.

AXIOMA IV.

In contractione prior vocalis trahit ad se posteriores, & quantum licet in se conuertit: Excepto ο, quod seu præcedat, seu sequatur, aliàs vocales ad se trahit. Ratio axiomatis est, quia præcedens vocalis prior est in pronuntiando; id apertius fiet in singulis vocalibus.

AXIOMA V.

Characteres contractionis legitimæ quinque dumtaxat habentur α, ι, υ, tres communes & duæ breues, ε, ο.

Nam cum contractio regularis fiat his tantum prioribus erit etiam quintuplex genus contractionis Græcæ alterum quo α prior vt in τιμάω, vel ε vt in φιλέω, vel ο vt in δηλόω, vel ι vt in ὄφι, vel υ vt in βότρυες.

Inde tota ars contractionis Græcæ versatur In cognitione methodi qua contrahuntur hæ quinque vocales α, ι, υ, ε, ο.

PARS PRIMA.

De Methodo contrahendi Vocales.

I. Y.

I. Qua arte contrahuntur vocales ι & υ?
R. Si contrahi debeant positæ ante vocales contrahuntur in seipsas, ι nimirum in ι & υ in υ.
Nota si contrahi debeant: nam ι ante vocales posita non vbique contahitur vt in verbo ἴω in genitiuis ὄφιος in nominibus ἀμφίων & similibus non licet eam contrahere.
I. In quibus fieri potest cõtractio vocalis ι?
R. in nominibus tantum in ις & neutris in ι dum declinantur in ος purum vt ὄφις serpens ὄφιος; σίνηπι sinapi σινήπιος.

I. In quibus casibus licet contrahere hæc nomina?

R. In datiuo singulari tantum & in tribus casibus pluralis.

I. ostende in exemplo.

R.	ὁ ὄφις		τὸ σίνηπι
	τῦ ὄφιος		τῦ σινήπιος
	τῷ ὄφιι ὄφι		τῷ σινήπιι σινήπι
	τὸν ὄφιν		τὸ καὶ ὦ σίνηπι
D.	τὼ ὄφιε	D.	τὼ σινήπιε
	τοῖν ὀφίοιν		τοῖν σινηπίοιν
P.	οἱ ὄφιες ὄφις	P.	τὰ σινήπια σινήπι
	τῶν ὀφίων		τῶν σινηπίων
	τοῖς ὄφισι		τοῖς σινήπισι
	τὺς ὄφιας ὄφις		τὰ σινήπια σινήπι

OBSERVATIO.

Nota hanc declinationem in ιος esse Ionicam & Poëticam & non vsurpari ab Oratoribus sed atticam in εως ὄφις ὄφεως vt infra dicetur dum de charactere contractionis ε, quod idem æstima de Neutris in ι σίνηπι σινήπεως.

I. In quibus fieri potest contractio vocalis υ?

R. In iis nominibus substantiuis masculinis quæ declinantur in υος vt βότρυς βότρυος.

Nota

Nota dictum eſſe nomina ſubſtantiua, nam adiectiua in υς vt ὀξὺς non contrahuntur per characterem υ, ſed ε, declinantur enim per εος non per υος vt ὀξὺς ὀξέος.

Nota ſecundò dictum eſſe maſculina ſubſtantiua, nam neutra in υ vt πῶυ grex non contrahuntur per υ, ſed per ε vt declinantur vt infra dicetur dum de ε vt πῶυ πώεως.

I. In quibus caſibus licet contrahere hæc nomina?

R. In tribus caſibus pluralibus tantum.

I. Oſtende in exemplo?

R. ὁ βότρυς τοῦ βότρυος.

Plur. οἱ βότρυες βότρυς, τοὺς βότρυας βότρυς.

I. Cur non contrahis in datiuo ſingulari, vt ὄφις?

R. Quia deberet dici βότρυι βότρυ, & deleri character datiui Græci iota quod non licet. Neque enim poteſt iota ſubſcribi ſub υ, nec confundi cum eodem.

OBSERVATIO.

Habes totam cognitionem de contractione vocalium ι & υ quomodo fiat, & vbi, ſatis explicate. Obſerua vnum, cum dicitur contrahi aliquid in tribus caſibus pluralibus intelli-

gendum de Nominatiuo, Accusatiuo & Vocatiuo.

PARS SECVNDA.

De Methodo contrahendi Vocalem.

A.

I. Qua arte contrahitur α?

R. α, præpositum aliis vocalibus eas ad se trahit & in se conuertit, contrahiturque in α.

I. An etiam cõtrahitur in α cum ponitur ante ο?

R. Vnica vocalis ο excipitur ante quam si ponatur α contrahitur in ω.

I. Da exempla vocalis α ante alias vocales.

R. κέραα κέρα, κέραε κέρα κέραϊ κέρᾳ.

I. Da exempla vocalis α ante ο.

R. κέραος κέρως, κεράοιν κερῷν, κεράων κερῶν.

Obserua quod α contrahitur semper in ω si ponatur ante quodcumque ο seu sit ου vel

τιμάουσι τιμῶσι, *seu sit* οι, *vt* τιμάοιμι τιμῷμι, *seu sit* ω *vt* τιμάω τιμῶ.

I. Cur posuisti iota subscriptum in κέραϊ κέρᾳ in κεράοιν κερῷν, in τιμῷμι?

R. Quia ex axiomate primo, iota in contractione numquam deperditur: vnde dicimus τιμάεις τιμᾷς, τιμάῃς τιμᾷς & ita de similibus.

OBSERVATIO.

Habes integram cognitionem contractionis vocalis α quæ semper contrahitur in α, si sequatur ο contrahitur in ω, si sequatur iota etiam in diphthongo subscribitur vel sub ᾳ vel sub ῳ.

De Dictionibus in quibus α Præcedens contrahi debet.

I. Quæ sunt Dictiones in quibus debet fieri contractio vocalis α?

R. Nomina sunt & Verba. Nomina sunt Declinationis parisyllabæ fœmininæ, quæ terminantur in αα vt ἀθηνάα ἀθηνᾶ, μνάα μνᾶ. ναυσικάα ναυσικᾶ & similia.

I. Declina.

	D.	P.
R. N. μνάα μνᾶ.	μνάα μνᾶ	μνάαι μναῖ
G. μνάας μνᾶς.	μνάαιν μνᾶιν	μνάων μνῶν
D. μνάᾳ μνᾶ.		μνάαις μνᾶις.
A. μνάαν μνᾶν.		μηάας μνᾶς.

I. sunt ne nomina contrahenda per α in imparisyllabis.

R. sunt omnia neutra in ας vt κέρας cornu. Item masculina in άεις vt ἀλλάεις αλλᾶς. Demum Participia in αων vt τιμάων τιμῶν.

I. Da exempla Singulorum.

N. A. V. τὸ κέρας.

	Cornu	Ionice	Contracte
G.	τοῦ κέρατος	κέραος	κέρως.
D.	τῷ κέρατι	κέραϊ	κέρᾳ.
Dual.			
N. A. V.	τὸ κέρατε	κέραε	κέρα.
G.	τοῖν κεράτοιν	κεράοιν	κερῷν.
Plur.			
N. A. V.	τὰ κέρατα	κέραα	κέρα.
G.	τῶν κεράτων	κεράων	κερῶν.
D.	τοῖς κέρασι.		

Nomina masculina in αεις contrahuntur dorico more sine iota subscripto quia aufertur α nominatiuo quasi esset αλλάες inde ἀλλᾶς. Gen. ἀλλάεντος ἀλλᾶντος, ἀλλάεντι ἀλλᾶντι & ita consequenter in aliis casibus.

Participia in άων declinantur vt Adiecti- ua imparisyllaba assumpta littera τ

τιμάων τιμῶν ; τιμάοντος τιμῶντος.

τιμάουσα τιμῶσα ; τιμαούσης τιμώσης.

τιμάον τιμῶν τιμάοντος τιμῶντος.

Et similiter in omnibus aliis casibus nam Gen. est mensura & regula aliorum casuũ.

I. Quæ sunt Verba contrahenda per A. characterem ?

R. Omnia in αω vel αομαι deponentia.

I. In quibus temporibus contrahuntur ?

R. In præsenti & imperfecto tantum quia illa tantum tempora terminantur pure vt τιμάω Imperf. ἐτίμαον.

Imper. τίμαε. Opt. τιμάοιμι. Sub. τιμάω. Inf. τιμάειν & ita in Passiuo : nam medii tempora non contrahuntur.

I. Da exempla in his temporibus.

τιμάω τιμῶ , τιμάεις τιμᾶς , τιμάει τιμᾶ

τιμάετον τιμᾶτον , τιμάομεν τιμῶμεν ,

τιμάετε τιμᾶτε τιμάουσι τιμῶσι.

Imperf. ἐτίμαον ἐτίμων ἐτιμάετον ἐτιμᾶτον
ἐτίμαες ἐτίμας ἐτιμάομεν ἐτιμῶμεν
ἐτίμαε ἐτίμα.

Imper. τίμαε τίμα, τιμαέτω τιμάτω.

Opt. τιμάοιμι τιμῷμι , τιμάοις τιμῷς τιμάοι τιμῷ , τιμάοιτον τιμῷτον.

Sub. τιμάω τιμῶ, τιμάῃς τιμᾷς τιμάῃ τιμᾷ τιμάητον τιμᾶτον.
Infin. τιμάειν τιμᾷν.
Obſerua omnes contractiones fieri in α vel ω tantum, ſecundum methodum contrahendi initio huius partis traditam, ſi ſit iora ſubſcribitur ipſi ᾳ vel ῳ.
Paſſiuum pari modo coniuga.
τιμάομαι τιμῶμαι, ἐτιμαόμην ἐτιμώμην τιμάου τιμῶ. τιμαοίμην τιμῴμην. τιμάωμαι τιμῶμαι τιμάεσθαι τιμᾶσθαι.
Hæc uerba in aliis temporibus coniugantur vt λύω, ſuaque eodem modo formant tempora.
Fut. τιμήσω aoriſt. 1. ἐτίμησα. Præt. τετίμηκα.
Pluſq. ἐτετιμήκειν & ita in aliis modis & vocibus paſſiua & media.

OBSERVATIO.

Ex his exemplis vides quam facile ſit declinare illa nomina neutra in as pro quibus Grammatici conſtituunt quintam declinationem. Primo declina impariſyllabe ex principiis impariſyllaborum. Deinde contrahe ionicos caſus ex principiis contractionis vocalis A,

quid. opus illa declinatione. Deinde cuius erit declinationis ἀλλάεις ἀλλᾶς nomen contractum im omni casu; imo & Participia in αων idem dicito de verbis in αω quæ coniungantur plane vt λύω & contrahuntur regulariter ex principiis contractionis vocalis A.

PARS TERTIA.

De Methodo contrahendi Vocalem.

O.

I. Quomodo fit contractio vocalis ο?

R. ο positum ante vocales eas ad se trahit & in se commutat contractum in ω, vel in diphthongos οι, vel ου. Vnde triplex est ratio eius contractionis: vel enim ponitur ante longas η, ω, & α vel ante breues ε, ο, vel sequente iota.

I. ante longas η ω & α quomodo contrahitur?

R. Contrahitur in ω, vt δηλόω, δηλῶ, δη-

λόητον, δηλῶτον, quibus additur ω, τὴν λητόα λητῶ. Si seqnatur ῳ cum iota subscripto manet idem vt τῷ νόῳ νῷ quia iota numquam deperditur.

I. Ante breues ε ο quomodo contrahitur?

R. Contrahitur in ου, vt δηλόετον δηλοῦτον, δηλόομεν δηλοῦμεν δηλόουσι δηλοῦσι.

I. Sequente iota quomodo contrahitur?

R. Seu sequatur solitarium iota vt λητόι seu in diphthongis ει vt δηλόεις; ῃ vt δηλόῃς contrahitur in οι, λητοῖ, δηλοῖς, δηλοῖς, δηλόοιμι, δηλοῖμι.

I. Quæ sunt nomina in quibus ο præcedens contrahitur?

R. Ea sunt declinationis parissyllabæ & imparissyllabæ.

I. Quænam sunt declinationis parissyllabæ?

R. Terminata in οος vt νόος νοῦς mens πλόος πλοῦς nauigatio ῥόος ῥοῦς fluxus & ita contrahuntur.

Mens

S.	D.	P.
ὁ νόος νοῦς	τὼ νόω νὼ	οἱ νόοι νοῖ
τοῦ νόου νοῦ	τοῖν νόοιν νοῖν	τῶν νόων νῶν
τῷ νόῳ νῷ		τοῖς νόοις νοῖς
τὸν νόον νοῦν		τοὺς νόους νοῦς
ὦ νόε νοῦ.		ὦ νόοι νοῖ.

I. Quæ

I. Quæ ſunt declinationis impariſyllabæ?
R. Variæ ſunt terminationis;
1. Participia in οων vt δηλόων δηλῶν manifeſtans.
2. Comparata in ων, vt μείζων maior.
3. Adiectiua & ſubſtantiua in οεις vt μελιτόεις, mellitus, σιμόεις ſimois fl.
4. Subſtantiua in ω vt λητῶ latona.
I. Da exempla ſingulorum.
R. Participium δηλόων, δηλῶν, δηλόουσα
δηλοῦσα δηλόον δηλοῦν
δηλόοντος δηλοούσης δηλόοντος
δηλοῦντος δηλούσης δηλοῦντος.
Et ſimiliter in aliis caſibus omnibus impariſyllabè & contractè declinatis.
Ita terminata in οεις dempto Dorice: vt μελιτόεις dorice μελιτόεις contracte μελιτοῦς, μελιτόεντος μελιτοῦντος, μελιτόεντι μελιτοῦντι.
Et ſimiliter in aliis omnibus caſibus impariſyllabè & contractè declinatis.
Ita comparatiua in ων quæ contrahuntur in accuſatiuo ſingulari tantum, & in tribus caſibus pluralibus:
ὁ καὶ ἡ μείζων maior τὸν μείζονα ionicè ablato ν μείζοα, contractè μείζω: οἱ μείζονες μείζοες μείζους; τοὺς μείζονας μείζοας μείζους, ſimiliter contrahuntur πλείων plus, καλ-

λίων pulchrior, &c.
Ita ſubſtantiua in ω quæ contrahuntur tantum in ſingulari, in Genitiuo, Datiuo & Accuſatiuo.

Vt ἡ λητὼ latona	τῆς λητόος	λητοῦς
	τῇ λητόϊ	λητοῖ
	τὴν λητόα	λητῶ
	ὦ λητοῖ.	

Dualis & Pluralis declinantur pariſyllabè maſculinè τὰ λιτὼ ταῖν λητοῖν; αἱ λητοὶ, τῶν λητῶν, ταῖς λητοῖς, τὰς λητοῦς.
I. Da exemplum contractionis verborum.
R. Verbũ δηλόω manifeſto δηλῶ contractè.

δηλόεις	δηλοῖς	ἐδήλοον	ἐδήλουν
δηλόει	δηλοῖ	ἐδήλοες	ἐδήλους
δηλόετον	δηλοῦτον	ἐδήλοε	ἐδήλου
δηλόομεν	δηλοῦμεν	ἐδηλόετον	ἐδηλοῦτον
δηλόετε	δηλοῦτε	ἐδηλοέτην	ἐδηλούτην
δηλόουσι	δηλοῦσι	ἐδηλόομεν	ἐδηλοῦμεν
		ἐδηλόετε	ἐδηλοῦτε
		ἐδήλοον	ἐδήλουν.

Opt. δηλόοιμι δηλοῖμι δηλόοις δηλοῖς & ita conſequenter.
Sũbiunct. δηλόω δηλῶ, δηλόῃς δηλοῖς, δηλόῃ δηλοῖ, δηλόητον δηλῶτον, & ita conſequenter.
Infinitiuus δηλόειν δηλοῦν; cur ita & non

δηλοῖν dicetur in notis.

Paſſ. δηλόομαι δηλȣ͂μαι, δηλόῃ δηλοῖ δηλόεται δηλȣ͂ται & ita conſequenter.

Imperfect. ἐδηλοόμην ἐδηλȣ́μην ἐδηλόȣ ἐδηλȣ͂ ἐδηλόετο ἐδηλȣ͂το & ita conſequenter.

Subiunct. δηλόωμαι δηλῶμαι, δηλοῃ δηλοῖ δηλόητο δηλῶτο & ita conſequenter.

Infinit. δηλόεσθαι δηλȣ͂σθαι.

P. δηλοόμενος δηλȣ́μενος, δηλοομένη, δηλȣμένη δηλοόμενον δηλȣ́μενον.

OBSERVATIO.

Ex his exemplis intelligis quam facilè ſit & declinare nomina fœminina in ω pro quibus Grammatici quartam declinationem contractam conſtituunt, quæ tamen contractio eſt tantum trium caſuum, in Duali & Plurali declinantur pariſyllabè maſculinè, nam ex principiis declinationis impariſyllabæ, potes facilè declinare ſingularem; & ex principiis contractionis contrahere: Idem dic de verbis in οω bartonè & contractè coniugandis.

PARS QVARTA.

De Contractione Vocalis.

E.

Nulla eſt vocalis quæ ad plura ſe extendat contrahenda quam ε, nulla facilior.

I. Quomodo fiet contractio vocalis ε?

R. Triplici tantum ratione.

Vel enim ponitur ante ſe vt φίλεε, vel ante ι, vt ὄφεϊ, & tunc contrahitur in ει, φίλει ὄφει. vel ponitur ante α vt ἀλήθεα, & tunc contrahitur in η, vt ἀληθῆ: ſi ſit ι, vt in αι. ſubſcribitur, vt λύεσαι, ionice λύεαι, atticè λύῃ, vel ponitur ante ο, vt φιλέομεν, & tunc contrahitur in ου, φιλοῦμεν.

Quia ο ſemper remanet in contractione, inde eadem eſt contractio ſeu ο ſit ante ε, vt δηλόετον δηλοῦτον ſeu ſit poſt ε, vt φιλέομεν φιλοῦμεν, ſemper contrahitur in ου, ſimiliter ſeu ſit ο ante α vt λητόα λητῶ, ſeu poſt α vt τιμάομεν τιμῶμεν ſem per contrahitur in ω.

I. Quid fit dum ponitur ε ante longas η vel ω vel ante diphthongos.
R. Tunc contrahitur in eas quibus præponitur vt φιλέω φιλῶ φιλέητον φιλῆτον, φιλέεις φιλεῖς, φιλέουσι φιλοῦσι.
Obserua contrahi non abiici, vt patet ex accentu flexo quem syllaba contracta recipit.
I. Quæ dictiones contrahi debent. ε præcedente?
R. Non omnis dictio, in qua est ε purum, contrahi debet, vt ἀργαλέος operosus. Hæc igitur tantum nomina sum apta contractioni.
In declinatione parisyllaba.
Adiectiua metallorum in εος, vt ἀργύρεος χρύσεος, πορφύρεος & similia.
Neutra in εον, ὀστέον, ὀστοῦν, os.
Substantiua in εας, vt ἑρμέας ἑρμῆς;
In εης, vt ἀπελλέης ἀπελλῆς;
In εα, vt γέα γῆ.
I. Da exempla contractionis & declina.
R. χρύσεος χρυσοῦς χρυσέα χρυσῆ χρύσεον χρυσοῦν, & similiter in aliis casibus.
Ita ὀστέον ὀστοῦν, τοῦ ὀστέου ὀστοῦ, &c. γέα γῆ τῆς γέας γῆς τῇ γέᾳ γῇ, &c.
ἑρμῆς contractum, vt ἀπελλῆς declinantur vt χρύσης irregulariter ad axiomata con-

tractionis vocalis ε.

I. Quæ contrahi debent præceden te ε, in declinatione imparisyllaba?

R. primò participia in εων, vt φιλέων φιλῶν, φιλέουσα φιλοῦσα, φιλέον φιλοῦν φιλέοντος φιλοῦντος, φιλεούσης φιλούσης, φιλέοντος φιλοῦντος, & similiter in aliis omnibus casibus.

Secundò Aliqua neutra in έαρ, vt στέαρ στῆρ adeps, στέαρος στῆρος; ita κέαρ κῆρ cor, έαρ ἦρ ver. Quæ omnia contrahuntur in omni casu.

Tertiò Neutra in ος, vt τὸ τεῖχος, & adiectiua in ης, vt ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς καὶ τὸ ἀληθὲς, cum nominibus propriis compositis, vt δημοσθένης.

I. In quibus casibus contrahuntur ista?

R. Contractio progatur à genitiuo ad alios casus, excepto vocatiuo singulari, & datiuo plurali.

I. Ostende & declina.

R. S.		S.	
ἀληθής	Verus	τὸ τεῖχος	Murus
ἀληθέος	ἀληθοῦς	τέιχεος	τείχους
ἀληθέϊ	ἀληθεῖ	τέιχεϊ	τείχει
ἀληθέα	ἀληθῆ	τεῖχος	
ἀληθές		τεῖχος	

D.		D.	
ἀληθέε	ἀληθῆ	τείχεε	τείχη
ἀληθέοιν	ἀληθοῖν	τειχέοιν	τειχοῖν
P.		P.	
ἀληθέες	ἀληθεῖς	τείχεα	τείχη
ἀληθέων	ἀληθῶν	τειχέων	τειχῶν
ἀληθέσι		τείχεσι	
ἀληθέας	ἀληθεῖς	τείχεα	τείχη
ἀληθέες	ἀληθεῖς	τείχεα	τείχη

Quartò Nomina in ευς, vt βασιλεὺς; & in ις vel ι; vel υς & υ, quæ declinantur per εως in genitiuo: vt ὄφις ὄφεως, σίνηπι σινήπεως, ὀξὺς ὀξέως πῶϋ πώεως.

I. In quibus casibus contrahuntur ista?

R. In Singulari, in datiuo tantum. In Duali & Plurali, in nominatiuo, accusatiuo, vocatiuo tantum.

I. Da exempla & declina.

R. S.	S.
ὁ ὄφις Serpens.	ὁ βασιλεύς Rex.
τοῦ ὄφεως	τοῦ βασιλέως
τῷ ὄφεϊ ὄφει	τῷ βασιλέϊ βασιλεῖ
τὸν ὄφιν	τὸν βασιλέα
ὦ ὄφις	ὦ βασιλεῦ.
D.	D.
τὼ ὄφεε ὄφη	τὼ βασιλέε βασιλῆ
τοῖν ὀφέοιν	τοῖν βασιλέοιν.

P.	P.
οἱ ὄφεες ὄφεις	οἱ βασιλέες βασιλεῖς
τῶν ὄφεων	τῶν βασιλέων
τοῖς ὄφεσι	τοῖς βασιλεῦσι
τοὺς ὄφεας ὄφεις	τοὺς βασιλέας βασιλεῖς
ὦ ὄφεες ὄφεις	ὦ βασιλέες βασιλεῖς.

Attica est hæc Declinatio & vsurpata communiter ab Autoribus.

Attici vertunt ο Genitiui in ω βασιλέως.

I. Da exempla in verbis.

R. φιλέω φιλῶ φιλέετον φιλεῖτον
φιλέεις φιλεῖς
φιλέει φιλεῖ
φιλέομεν φιλοῦμεν φιλέετε φιλεῖτε φιλέουσι φιλοῦσι.

Imp. ἐφίλεον ἐφίλουν ἐφίλεες ἐφίλεις & ita consequenter.

Opt. φιλέοιμι φιλοῖμι φιλέοις φιλοῖς & ita consequenter.

Subiunct. φιλέω φιλῶ φιλέῃς φιλῇς & ita consequenter.

Infinit. φιλέειν φιλεῖν.

Pass. φιλέομαι φιλοῦμαι φιλέῃ φιλῇ φιλέεται φιλεῖται & ita consequenter.

Imp. ἐφιλεόμην ἐφιλούμην ἐφιλέου ἐφιλοῦ ἐφιλέετο ἐφιλεῖτο & ita consequenter.

Opt. φιλεοίμην φιλοίμην φιλέοιο φιλοῖο φιλέοιτο

φιλέοιτο φιλοῖτο & ita consequenter.
Subiunct. φιλέωμαι φιλῶμαι φιλέῃ φιλῇ φιλέηται φιλῆται & ita consequenter.
Inf. φιλέεσθαι φιλεῖσθαι.
P. φιλεόμενος φιλούμενος.

OBSERVATIO.

Ex his exemplis intelligis quam facilè sit declinare nomina imparisyllaba adiectiua in ης, neutra in ος; Ex quibus Grammatici constituunt primam declinationem contractam: & tertiam declinationem in ευς. Cur enim diuiserunt has declinationes? nam eadem est ratio declinandi imparisyllabè, eadem est ratio contrahendi, quæ causa quæso diuisionis? Idem dic de terminatis in ις per εος declinatis ὄφις ὄφεος, *cum in iis eadem sit ratio contractionis, & declinationis. Ex tribus illis certè debuit fieri vna declinatio, cum sit vnicus character horum trium, nimirum* ε. *Sicut nominum quartæ in* ω *character est* ο, *& nominum quintæ est* α; *characterem nimirum appello eam vocalem, quæ ponitur ante terminationes omnibus communes* ος, ι, α; *& alias Dualis & Pluralis: Verum commodius ego, vt mihi videtur ad vnicam reuocaui declinatio-*

nem imparisyllabam, pro declinandi arte, & ad scientiam contractionis, pro ratione ea contrahendi. Vide dissertationem de numero declinationum.

Idem esto iudicium de verbis circumflexis, quæ cum barytona sint, coniugari debent ex arte communi & regulari coniugandi; quia vero contrahi debent in prosa, contrahentur ex scientia communi contractionis.

PARS QVINTA.

De Anomalia contractione.

I. Quæ est Anomala contractio?
R. Est ea quæ fit contra regulas iam explicatas.
I. Quotuplex est?
R. Duplex, altera quæ fit priori longa vt ἡρωΐνη ἡρῴνη heroina. Altera quæ fit priore breui, ob varias causas.
I. Da exempla prioris longæ.
R. πατρωΐος πατρῷος paternus ωϊ in ῳ; νηρηΐδες νηρῇδες nereides ηι in ῃ; τιμήεις τιμῆς honoratus.

I. Declina.

R. τιμήεις τιμῆς, τιμήεσσα τιμῆσσα τιμῆεν τιμῆν. τιμήεντος τιμῆντος, τιμηέσσης τιμῆσσης; & ita in aliis casibus imparisyllabè & contractè declinatis; atque hæc omnia contrahuntur in omni casu, & declinantur parisyllabè masculinè, πατρῷος vt λόγος, fœminine ἡρώνη vt τιμή: vel imparisyllabè, νήρηις νηρήιδος, vt πάρις πάριδος.

I. Quæ sunt variæ illæ causæ anomalæ contractionis, præcedente breui vocali?

R. Quatuor.

Prima in nominibus quæ contrahuntur in nominatiuo: nam illa nomina contracta declinantur deinde, vt plurimum, regulariter secundũ terminationẽ nominatiui cõtracti, & seruant solẽnes terminationes casuũ: ita ἑρμέας mercurius in ἑρμῆς cõtractum declinatur vt χρύσης: vnde in quibusdam casibus fit anomala contractio, præter regulas iam positas, videlicet in Duali τὰ ἑρμέα ἑρμᾶ non ἑρμῆ. ἑρμέαιν ἑρμᾶιν non ἑρμῆν.

Plur. ἑρμέαι ἑρμαῖ non ἑρμῆ, seruatis nimirum solemnibus casuum terminationibus atque si declinaretur ἑρμῆς sine contractione: idem dic de ἀθηνάα ἀθηνᾶ, & simi-

libus. Vide Paradigmata paulo ante declinata.
I. Quæ eſt altera cauſa?
R. Axioma 2. quod conſule de accuſatiuo plura ſimili in contractione cum nominatiuo.
I. Quæ eſt tertia cauſa?
R. Contractio pura vel præcedens ρ: quia & ρ, & terminatio pura deſiderant α poſt ſe, vt patet ex analogia declinationis fœmininæ.
I. Oſtende in exemplis?
R. ἐρίεος ἐριοῦς laneus, ἐριέα ἐριᾶ, non ἐριῆ; Ita in contractione accuſatiui Attici nominum in ης, εὐφυὴς ingenuus, acc. εὐφυέα Attice εὐφυᾶ, vel εὐφυῆ regulariter.
Ita in nominibus in ευς vt χοεὺς congius, acc. χοέα χοᾶ non χοῆ.
Ita neutra in ος purum vt κλέος gloria. Plurali τα κλέεα κλέα, non κλέη, licet dicatur τα τείχεα τείχη.
Pro littera ρ, πορφύρεος πορφυροῦς πορφυρέα πορφυρᾶ, non πορφυρῆ purpurea; ἀργυρέα ἀργυρᾶ & ita de aliis.
I. Quæ eſt quarta cauſa?
R. Dialecti ratio, inde in infinitiuo δηλῶ & ſimilia habet δηλόειν δηλοῦν non δηλοῖν,

vt deberet eſſe, quia dorico more formatur, quo aufertur ι, & dicitur δηλόεν, quod regulariter contrahitur in δηλȣ̃ν.

Ita in nominibus in οεις Dorice ablato ι, fit οες μελιτόεις dorice μελιτόες contracte μελιτȣ̃ς, τιμῆες τιμῆς ſine ι ſubſcripto.

Ita in Dualibus nominum quæ habent εε, quod in η contrahitur nouo & Attico more, cum deberet contrahi in ει, ſicut olim contrahebatur, cuius veſtigia adhuc remanent in nomine σκέλος crus τὼ σκέλεε σκέλει: at modo dicimus τὼ ἀληθέε ἀληθῆ, τὼ βασιλέε βασιλῆ, τὼ ὄφεε ὄφη.

PROBLEMA.

De Contractione οι.

Herodianus, Gaza, Laſcharis volunt in verbis αω, & οω ſecundas & tertias perſonas præſentis Subiunctiui eaſdem planè contractas eſſe cum ſecundis & tertiis præſentis Indicatiui vt τιμάω τιμῶ τιμάεις τιμᾷς τιμάει τιμᾷ, τιμάω τιμῶ τιμάῃς τιμᾷς τιμάῃ τιμᾷ. δηλόω δηλῶ, δηλόεις δηλοῖς δηλόει δηλοῖ. δηλόω δηλῶ δηλόῃς δηλοῖς δηλόῃ δηλοῖ.

Controuertitur ſecundæ & tertiæ perſo-

næ Subiunctiui contractio in οι cum alij contendant debere fieri in ῳ cum iota subscripto.
Primò quia legitima contractio οη est ω vt patet in Duali & Plurali δηλόητον δηλῶτον δηλόητε δηλῶτε igitur & contractio οῃ cum iota subscripto erit ῳ cum iota subscripto.
Secundò qnia verba in μι à verbis in οω vt à δόω δίδωμι formant subiunctiuum in ῳ cum iota subscripto διδῶ διδῷς διδῷ non διδοῖς διδοῖ.
Tertiò confirmatur quia characteres subiunctiui sunt η & ω qui vbique debent seruari.
Altera sententia securior nititur.
Primò auctoritate nobilium Grammaticorum Herodiani, Gazæ, Lascharis.
Secundò axiomate vero ο sequente ι contrahitur in οι vt λητόϊ λητοῖ, δηλόεις δηλοῖς.
Tertiò sunt auctoritates nobilium Auctorum, Platonis in Euthyph. ἐὰν ἀφοσιοῖς si expiaueris. Luciani in vitis ἤ μαστιγοῖ τις ἤ στρεβλοῖ si quis verberet aut torqueat.
Nec dicas ἁπλόη contrahi in ἁπλῆ est enim irregularis contractio vt seruetur communis terminatio adiectiui fœminini.

Cur δηλόειν habeat δηλοῦν non δηλοῖν dictum eſt paulo ante.

Obſerua in verbis in αω contractionem communem eſſe regularem τιμάεις τιμᾷς τιμάει τιμᾷ. Dorica autem irregularis in ης ſine iota ſubſcripto vnde ab his hæc tranſiere in vſum communem διψάω διψῶ διψάῃς διψῆς ſitio πεινάω πεινῶ eſurio πεινάεις πεινῆς ζάω ζῶ viuo ζάεις ζῆς viuis. Ita à χράομαι χρῆσθαι pro χρᾶσθαι, vtor. De contractione futurorum Atticorum, in αζω, ασω. Vide diſſertationem ſecundæ partis Grammaticæ de difficultatibus temporum.



DISSERTATIO II.

DE NOMINIBVS ATTICIS IN ΩΣ.

Hic diſputatur de iis nominibus, ex quibus Grammatici conſtituunt quartam declinationem ſimplicium, quæ Atticorum ptopria eſt, & in vſu apud exultos Auctores; Vnde ſit.

Aſſertio vnica.

Attici mutant terminationem ος quorumdam nominum Maſculinæ declinationis, in ω; quod ω deinde propagant ad omnes alios caſus omnium numerorum, vt λαὸς Populus communi lingua: at Attica λεὼς & ita declinatur.

S.	D.	P.
ὁ λεὼς	τὼ λεὼ	οἱ λεὼ
τȣ̃ λεὼ	τοῖν λεὼν	τῶν λεὼν
τῷ λεὼ		τοῖς λεὼς
τὸν λεὼν		τȣ̀ς λεὼς
ὦ λεὼς		

I. Cur

I. Cur dixisti λεὼς, & non λαὼς.

R. Quia nomina in αος per α longum mutant illud α in breuem ε: amant enim Attici ante illud ως, si purum sit, vocalem breuem.

Ita dicunt μενέλαος, μενέλεως, νικόλαος νικόλεως, ναὸς νεὼς templum εὔγειος fertilis, εὔγεως, λεπτόγαιος Soli tenuis λεπτόγεως, & ita de similibus.

I. Si α sit breue quid fiet?

R. Seruabitur, vt οἰνόμαος œnomaus, Attice οἰνόμαως.

I. Quæ est ars declinandi hæc nomina?

R. primò vt ponatur ω in syllaba finali in omnibus casibus.

Secundò vt seruentur consonæ finales in iis casibus in quibus nomina in ος eas habent.

Tertiò vt ponatur ῳ cum iota subscripto in iis casibus in quibus reperitur iota in nominibus in ος. Vide iam nomen λεὼς superius declinatum.

Quartò vt α longum mutetur in ε, λαὸς, λεὼς.

Quintò vt semper vocatiuus similis sit nomiuatiuo.

I. Nulla ne alia nomina declinantur more Attico?

R. Plurima in ως imparisyllaba vtroque modo declinantur Attico nimirum & communi. Ita ὁ γέλως risus, τοῦ γέλωτος τῷ γέλωτι, Attice vero τοῦ γέλω, τῷ γέλῳ & ita in aliis casibus, ἔρως amor τοῦ ἔρωτος vel ἔρω. Ita composita à nomine κέρας cornu. μονόκερως, τοῦ μονοκέρωτος vel μονόκερω vnicornis, εὐρύκερως lati cornu.

I. In adiectiuis quid notandum?

R. Adiectiua hæc Attica esse duplicis dumtaxat terminationis in ως & ων vt ὁ καὶ ἡ ἄκερως καὶ τὸ ἄκερων animal sine cornu. Deinde neutra terminari vbique per ω, etiam in Plurali, οἱ καὶ αἱ ἄκερῳ καὶ τὰ ἄκερω.

Nota quædam reperiri iu accusatiuo singulari sine ν finali vt τὸν ἄθω vel ἄθων Atho mons, τὴν ἕω vel ἕων auroram. τὸν λαγῶ leporem vel λαγῶν: reperitur etiam neutrum sine ν finali. εὔγεως fertilis καὶ τὸ εὔγεω, vel εὔγεων.

DISSERTATIO III.

DE DECLINATIONE

MASCVLINORVM IN ας.

De ſolis maſculinis ſubſtantiuis in ας inſtituitur hic diſputatio, quia omnia neutra & fœminina in ας ſunt declinationis impariſyllabæ; Item omnia Participia & Adiectiua; de ſolis igitur maſculinis remanet difficultas, cuius ſint declinationis pariſyllabæ, an impariſyllabæ, & qua arte dignoſcenda ſint.

Aſſertio prima.

Maſculina oxytona in ας ſunt declinationis impariſyllabæ, & declinātur more participiorum vt, ὁ ἀνδριὰς ſtatua, τȣ̃ ἀνδριάντος. Ita ἡμὰς lorum, τȣ̃ ἱμάντος.

Aſſertio ſecunda.

Maſculina diſyllaba in ας declinantur impariſyllabè more Participiorum vt κάλκας chalcas, τȣ̃ χάλκαντος; Ita Βίας, πάλλας, Θόας, ἄιας, τάρας Βύζας, ἄτλας, Φόρβας, Θαύ-

μας, & ſimilia nomina propria.
Appellatiua γίγας, gigas, τȣ͂ γίγαντος.
Polyſyllaba in ας non purum nec in ρας ὁ κορύφας τȣ͂ κορȣ́φαντος, ὁ ἀδάμας, adamas, ὁ χαρίδας, ὁ ἀπέτας, & ſimilia.
Aſſertio tertia.
Polyſyllaba in ας purum vel in ρας ſeu propria ſeu appellatiua declinantur pariſyllabè fœmininè; vt λυσίας lyſias, τȣ͂ λυσίȣ, ita ἀνδρέας, πυθέας, μαρσύας, αἰνείας.
In ρας, πυθαγόρας, ξεναγόρας, ἐυαγόρας.
Appellatiua.
μονίας ſolitarius, θηλυδρίας effœminatus, ὠμίας lati humeri, ἐκτροπίας vappa.
νεανίας adoleſcens, μετωπίας latæ frontis.
Aſſertio quarta.
Maſculina in ᾶς flexum declinationis ſunt Pariſyllabæ, dorico more declinata per α in genitiuo, & aliis caſibus: θωμᾶς τȣ͂ θωμᾶ τῷ θωμᾶ. Ita λȣκᾶς, κηφᾶς, κοσμᾶς, γρᾶς, θᾶς & appellatiuum παπᾶς Pater.
Aſſertio quinta.
Aliqua ſunt maſculina in ας anomalæ declinationis vel etiam excepta ab aliis aſſertionibus quæ notanda ſunt inter legendum Auctores ſi occurrant ſimilia.
λάας lapis λάαος & λάȣ.

λᾶς contractum & flexum λαὸς.

ἄβας & proprium, & gentile vtriusque est Declinationis, τοῦ ἄβαντος, vel τοῦ ἄβα dorico more.

ἀρχύτας, ἀννίβας & similia licet polisylla-ba nec terminata in ας purum declinantur tamen parisyllabè dorico more τοῦ ἀρχύτα, τοῦ ἀννίβα, ἀρχύτας doricum est pro ἀρχύτης, ἀννίβας barbarum.



DISSERTATIO IV.

DE DECLINATIONE MASCVLINORVM IN ης.

Nulla ſunt neutra in ης: omnia fœminina in ης ſunt impariſyllaba, cum omnibus adiectiuis. De ſolis igitur maſculinis quæritur vtrius ſint declinationis & quà ratione dignoſcenda ſint.

Aſſertio prima.

Maſculina in ης propria non compoſita ſunt pariſyllaba: vt ξέρξης Xerxes, Ἀράξης Araxes, Αἰσχύνης Æſchynes, ὀρέστης, Oreſtes: & ſimilia.

Deinde patronymica in δης Αἰνεάδης Ænæades, πηλεάδης Pelides, πριαμίδης Priamides: & eorum formam imitantia, vt ληιάδης captiuus, θουκυδίδης Thucydides.

Tertiò Gentilia: πέρσης Perſa, σκύθης ſcytha, σπαρτιάτης ſpartiata.

Quartò verbalia in της: προφήτης Propheta, ποιητὴς Poëta, λῃστὴς latro.

Quintò deriuata in της: αἰχμήτης bellator, ἀγελήτης armentalis.

Assertio secunda.

Masculina in ης propria & composita à neutris in ος sunt imparisyllaba, vt à κλέος Gloria, ἡρακλέης: à σθένος robur, δημοσθένης: à τέλος finis, Ἀριστοτέλης: à κράτος robur, ξενοκράτης: à μένος impetus animi, ἀριστομένης.

Assertio tertia.

Masculina appellatiua in ης quæ non sunt verbalia nec deriuata, imparisyllaba; vt πένης pauper, λέβης lebes, τάπης tapes, ἐπιβλὴς pessulus, κέλης celes, μάγνης magnes.

Assertio quarta.

Quædam vtriusque sunt declinationis: vt ἄρης Mars, τοῦ ἄρου vel ἄρεος; θάλης Thales, θάλητος vel θάλου, μέλης Meles, μέλητος vel μέλου. Ita δάρης Dares, χρέμης Chremes, λάχης Laches, ἄμης placenta, μύκης fungus. Ita adiectiuum ἡμιθνὴς semimortuus quãuis contractum ex ἡμιθανὴς ἡμιθανέος habet tamen anomalè ἡμιθνῆτος non ἡμιθνέος contra analogiam omnium adiectiuorum in ης, licet forte dici poteſt ἡμιθνέος.

Obſerua primò non ſatis acuratè poni τριήρης inter fœminina ſubſtantiua cum manifeſtè ſit adiectiuum ὁ καὶ ἡ τριήρης καὶ τὸ τριῆρες nam rectè dicitur τριῆρες πλοῖον trireme nauigium ſicut τριήρης ναῦς. Ideo attuli ne turbetur analogia omnium fœmininorum in ης quæ declinantur mutando σ in τ vt ἁγιότης ſanctitas, ἁγιότητος: ἐσθὴς veſtis, ἐσθῆτος & ſimilia cum omnia adiectiua in ης declinentur purè in εος ἀληθὴς ἀληθέος, τριήρης, τριήρεος.

Obſerua ſecundò Græcos ſeruare modum declinandi Latinum in nominibus participalibus in ης κλήμης clemens, τῦ κλήμεντος, ὐάλης valens, τῦ ὐάλεντος, &c.

Obſerua tertiò nomina compoſita vt plurimum ſequi declinationem nominis poſterioris. Ita δημοσθένης declinatur vt τὸ σθένος robur, ἀριστοτέλης vt τὸ τέλος, finis, impariſyllabè: πυῤῥίχμης τῦ πυῤῥίχμυ pariſyllabè, quia αἰχμὴ haſta pariſyllabum eſt.

DISSERTATIO V.

DE NOMINIBVS IN ων.

Hic non diſputatur cuius ſint declinationis, cum ſint omnia impariſyllaba; ſed tantum an debeant ſeruare ω in obliquis caſibus an mutare in ο. De Atticis neutris hic non agitur quia non ſunt linguæ communis, & ſeruant ſemper ſuum ω.

Aſſertio prima.

Omnia adiectiua in ων poſitiua, comparatiua, participia mutant in obliquis ω nominatiui in ο, vt ὁ λύων ſoluens τοῦ λύοντος: ὁ εὐδαίμων felix τοῦ εὐδαίμονος: ὁ μείζων maior τοῦ μείζονος: quia formant genitiuum à neutro.

Duo anomalè ſeruant ω, αἴθων ardens τοῦ αἴθωνος εἴρων cauillator τοῦ εἴρωνος.

Aſſertio ſecunda.

Subſtantiua feminina, mutant in obliquis ω in ο, vt ἡ εἰκὼν imago τῆς εἰκόνος, ἡ χελιδὼν hirundo τῆς χελιδόνος. Excipe primò nomina vrbium non terminata in ηδων:

vt σιδὼν sidon τῆς σιδῶνος.
Secundò hæc pauca ἡ ἅλων area τῆς ἅλωνος, ita ἡ μήκων papauer; μελεδὼν cura, βοὼν custodia, τρήρων columba.
Assertio tertia.
Substantiua masculina nihil mutant, vt ὁ πλάτων τοῦ πλάτωνος Plato: ὁ ἀγὼν certamen τοῦ ἀγῶνος.
Hæc assertio multas patitur exceptiones, quæ erunt singulæ regulæ generales.
Regula prima.
Nomina in αων per α longum mutant ω in ο, vt λυκάων Lycaon τοῦ λυκάονος: ita μαχάων, ἰμάων, τυφάων, ἀμιθάων, αλκμάων, ἀρτάων, ἰπετάων & similia,
Regula secunda.
Nomina propria in ιων per ι longum mutant ω in ο, vt ἀμφίων Amphion τοῦ ἀμφίονος: ita ἀρίων, πανδίων, ὀφίων, ἰξίων, ὑπερίων, δολίων, ἐχίων, φανίων & similia. ὀρίων tamen seruat suum ω τοῦ ὀρίωνος.
Regula tertia.
Nomina populorum in ων mutant ω in ο, vt μακέδων τοῦ μακέδονος: ita μυρμήδων, λαιστρύγων, παφλάγων, λακεδαίμων, ἀμφικτύων, μύγδων & similia, more adiectiuorum.
Regula quarta.

Nomina propria quæ coincidūt cum adiectiuis mutant ω in ο, vt ἀίμων, Φιλάιμων, ἐυάιμων, μνήμων, μέμνων, ἀγαμέμνων, ἡγέμων, ἰχνέυμων, ἀλιπνέυμων, ἐυκτήμων & similia.

Ita composita ἀ φρὴν: λυκόφρων, ἀρίφρων, μενέφρων, σώφρων.

Et ἀ χθὼν: ἐρεσίχθων, ἀυτόχθων, ἀνίχθων, περίχθων.

ὁ ἄκμων incus τȣ̃ ἄκμονος cum compositis πύρακμων ἀλυάκμων.

ὁ δαίμων τȣ̃ δαίμονος Genius. Inde ἐυδαίμων.

ὁ γνώμων Index τȣ̃ γνώμονος, inde φυσιογνώμων.

ὁ πρίων serra τȣ̃ πρίονος; inde πρίων Prion.

ὁ τέκτων Faber τȣ̃ τέκτονος. Ἀρχιτέκτων.

ὁ κύων canis τȣ̃ κύονος, κυνὸς contractè. Inde προκύων Procyon, κερκύων Cercyon,



DISSERTATIO VI.

De nvmero declinationvm.

Declinationum Græcarum numeroſa ſoboles, ad decem vſque à Grammaticis propagata, inopibus adhuc puerorum ingeniis alenda proponitur: cui nutriendæ cum ſatis non habeant annonæ paratæ in cellis memoriæ, anxia cura laborant, preſſi difficultatibus domeſticarum facultatum: quibus ego vt aliqua ratione conſulerem, detractis ſeptem ex illo copioſo numero, ad ternarium reduxi, vel vt breuius dicam ad binarium; cuius mei concilij rationem paucis expedio, atque adeo. Aſſero, primum duplicem eſſe tantum methodum græcè declinandi, vnde & duplex tantum declinatio eſt.

Declinatur enim græcè tantum, vel mutando terminationes nominatiui in terminationes articuli maſculini aut feminini; & eſt declinatio pariſyllaba.

Vel addendo ad nominatiuum termi-

nationes casuum obliquorum; & est declinatio imparisyllaba. Nullaque est alia methodus græcè declinandi, inde erit.

Assertio secunda, est onerosa pueris illa varietas declinationum à grammaticis inducta: quod vt ostendatur manifestius, de singulis est dicendum.

Prima declinatio à Grammaticis inducta est masculinorum in ας & ης, secunda est femininorum in α & η: Quid est discriminis in his duabus declinationibus? an non masculinum χρύσης declinatur plane vt femininum τιμὴ, & νεανίας vt ἡμέρα: genus enim non ponit discrimen in methodo declinandi alias ἡ νῆσος femininum esset alterius declinationis, atque ὁ λόγος masculinum: nec terminatio per se, si in modo declinandi conueniant, vt apparet in declinatione quinta imparisyllaba, in qua infinita nomina variæ terminationis conueniunt in vna ratione declinandi.

Dices differre in vnico casu, in genitiuo singulari, in quo masculina in ας & ης seruant terminationem articuli masculini ȣ τȣ̃ χρύσȣ τȣ̃ νεανίȣ. deus immortalis? an vnius dumtaxat casus anomalia dissentionem ponet inter hæc nomina, quæ

in toto duali & plurali plane declinantur eadem arte, & in toto singulari, vnico excepto genitiuo: doceatur anomalia huius casus, & non distrahantur hæc nomina in omnibus casibus tam analoga. Num Latini qui a Græcis sua omnia mutuati sunt diuiserunt in duas declinationes nomina feminina in a vt musa, in e vt Penelope quæ respondent literis η & α Græcorum, & masculina in as & es, vt Æneas, Anchises que respondent terminationibus Græcis ας & ης.

Tertia declinatio in ος & ον relinquitur integra, quia analoga, quorum nomiua sequuntur terminationes articuli masculini & declinantur Parisyllabè. Vnde ex hac duplici declinatione; altera quæ sequitur terminationes articuli masculini; altera quæ sequitur terminationes articuli feminini, constituitur vna declinatio parisyllaba, in duo genera diuisa.

Quarta declinatio cur inducitur cum ab antiquis non agnoscatur. Deinde quia non est communis omnibus nominibus in ος, sed quibusdam tantum & paucis. Tertiò quia non est declinatio linguæ Græcæ communis, sed Atticorum dum-

taxat, qui in quibuſdam nominibus in ος, mutant illud ος in ως, quam deinde terminationem ad omnes caſus propagant. Explicetur iſta declinatio ſeparatim inter Dialectos, cum facta fuerint robuſtiora puerorum ingenia.

Quinta declinatio legitima illa plane, & in infinitis nominibus variæ terminationis, eadem plane methodo declinanda, per eaſdem terminationes, in caſibus obliquis: vnde infinita prope nomina ad vnam contrahit rationem declinādi, omnibus eamdem & communem: Quia vero addit terminationes caſuum obliquorum ad nominatiuum, & ideo augentur obliqui vna ſyllaba, dicitur declinatio impariſyllaba.

Ex quibus omnibus colligere licet, duplicem dumtaxat eſſe Græcorum declinationem: Pariſyllabam, quæ diuiditur in maſculinam & femininam: & impariſyllabam, quæ vnica methodo declinatur.

Dices quid fiet de quinque declinationibus contractis.

R. Illas non eſſe daclinationes diuerſas à declinatione impariſyllaba, cum eadem arte declinentur, per eaſdem terminatio-

nes casuum obliquorum.

Instas illi casus obliqui contrahuntur, quod non est commune omnibus nominibus imparisyllabis.

R. Contractio non est declinatio vnde sit.

Assertio tertia.

Contractio sequitur declinationem, non constituit, quia aduenit tantum declinationi: vnde vel negandum est infinita nomina contracta, vt ἀθηνᾶ, ἑρμῆς, νοῦς & similia, esse contracta: vel multiplicandæ sunt declinationes contractæ.

Quæro enim cuius sint declinationis contractæ νόος νοῦς, χρύσεος χρυσοῦς; ἑρμέας ἑρμῆς; ἀθηνάα ἀθηνᾶ, γέα γῆ & similia. Item μελιτόεις μελιτοῦς, στεαρ στῆρ, τιμάων τιμῶν, φιλέων φιλῶν & similia?

Dices hæc omnia reuocari ad declinationem nominis non contracti.

Et illud est quod euincere volo, contractionem non esse declinationem, quandoquidem illorum nominum contractio, quamuis mutet terminationem, non tamen mutat declinationem.

Declinantur igitur hæc omnia nomina ex arte declinandi parisyllabè & imparisyllabè

ſyllabè : contrahuntur autem ex arte communi contractionis, nec conſtituunt nouum genus declinationis.

Dices ſecundò declinationes illas quinque contractas eſſe eorum dumtaxat nominum, quæ contractionem non incipiunt à nominatiuo.

Quæro primum, an contractio horum ſit alterius generis atque contractio eorum quæ contrahuntur in nominatiuo: non negabis eſſe eiuſdem generis, & artis: Igitur ſicut altera contractio non cōſtituit nouam declinationem, cur altera conſtituet? An eſt aliquid myſterij reconditi, quia non incipiunt contractionem à nominatiuo.

Deinde ad quam declinationem ex iſtis quinque reuocabuntur comparatiua, quæ contrahuntur tantum in accuſatiuo ſingulari, & in tribus caſibus pluralibus? Adiectiua in υς, & neutra in υ, quæ contrahuntur in datiuo tantum ſingulari, & in tribus caſibus pluralibus: nomina βοῦς, βότρυς & ſimilia.

Denique, cur quinque conſtituuntur? quo tandem charactere diſtinctæ? vel charactere declinationis, at non quia non

diffiteris esse omnes imparisyllabæ declinationis, & declinari secundum easdem terminationes casuum obliquorum.

An ex charactere contractionis? at triplex tantum est character contractionis, ο, α, ε. Est enim character illa vocalis breuis quæ præcedit: vt in quarta declinatione est ο, in λητώ λητόος: in quinta α, in γῆρας γήραος: ε in prima, secunda, tertia, ἀληθὴς ἀληθέος, ὄφις ὄφεος, βασιλεὺς βασιλέος.

Confirmatur. Quid enim discriminis est in istis? τῷ ἀληθέϊ ἀληθεῖ, ὄφεϊ ὄφει, βασιλέϊ βασιλεῖ.
οἱ ἀληθέες, ἀληθεῖς, ὄφεες ὄφεις, βασιλέες, βασιλεῖς τοὺς ἀληθέας ἀληθεῖς, ὄφεας ὄφεις, βασιλέας βασιλεῖς.

Confirmatur secundò si ex charactere contractionis multiplicandæ sunt declinationes: Igitur ι & υ constituent duas distinctas declinationes in nominibus ὄφις ὄφιος, ὄφιϊ ὄφι, & similibus υ in βότρυς, οἱ βότρυες βότρυς. & similibus vide tractatum de contractione, & intelliges hæc omnia declinari ex regulis communibus contractionis? & supponere declinationem, non constituere.

DISSERTATIO VII.

DE ARTE DECLINANDI IMPARISYLLABA.

Duarum prope linguarum Græcæ & Latinæ proprium videtur esse declinare: nam Hebræa & vulgares linguæ communiter non declinant: ex quo fit vt ars declinandi ad has duas potissimum pertineat.

Latinè declinandi methodus formata planè videtur ad amussim artis Græcæ declinandi: nam prima declinatio femininorum in a & e, & masculinorum in as & es, eadem est atque Græca parisyllaba femini articuli terminationibus adhærens quæ est nominum femininorum in α & η: & masculinorum in ας & ης: vt intelligas quam anologè hæc duorum nominum genera in vnam declinationem græcam coëgerim more Latinorum.

Secunda declinatio latina est terminatorum in vs vt plurimum masculinorum licet plurima contineat feminina ad imitationem declinationis parisyllabæ mascu-

linæ Græcorum in ος: Quæ declinationes apud Græcos & Latinos parisyllabæ sunt.

Tertia declinatio latina imparisyllaba plane formata est super imparisyllabam græcam : sicut enim terminationes communes ος, ι, α, & reliquæ adduntur ad nominatiuum nominum Græcorum, ita terminationes communes is, i, em, e, & reliquæ adduntur ad nominatiuum nominum Latinorum.

Quarta declinatio Latina & Quinta anomalæ sunt : quarta nimirum ad imitationem Atticæ in ως Græcorum seruat vbique suum u & est secundæ declinationis velut appendix.

Quinta imparisyllabæ tertiæ addenda nam in casibus parisyllabis videtur esse quædam contractio duplicis e. His ita expositis ad negotium dissertationis aggredior & sit.

Assertio prima.

Tota ars declinandi nomina imparisyllaba seu Græca seu Latina duobus capitibus videtur constare.

Primum caput in vtraque lingua est additio communium terminationum ad no-

minatiuum facillima quia in omnibus imparisyllabis eadem & analoga.
Secundum caput paulo difficilius, est enim mutatio vltimæ vel vocalis vel consonæ ad formandum genitiuum & alios casus præter additionem communium terminationum & in aliquibus additio nouæ consonæ.
V. g. apud Latinos s finale mutatur in t in femininis in as, vt pietas pietatis : Apud Græcos mutatur in δ, vt λαμπὰς λαμπάδος. Igitur difficultas huius capitis in eo sita est vt intelligatur quæ nomina mutent vocales vel consonas finales quæ non mutent quod in singulis seu vocalibus seu consonis terminatiuis nominum Græcorum est explicandum.

DE QVINQVE VOCALIBVS TERMINATIVIS NOMINVM Græcorum.

Nota, ex quinque vocalibus α, ι, υ, η, ω, auferendum η quia omnia terminata in η, vt τιμὴ sunt parisyllaba.
A, I, finales manent in omni casu, vt σῶμα, σώματος ; μέλι, μέλιτος.

Υ finale precedente breui syllaba non mutatur vt γόνυ Genu γόνυος: præcedente longa mutatur in ε vt πῶϋ grex πώεος.

Ω finalis mutatur in ο vt ἡ λητὼ τῆς λητόος.

DE QVINQVE CONSONIS FINALIBVS. DE N & P.

N & P finales non mutantur sed remanent in aliis casibus, vt πτάν, πτᾶνος, ζωτὴρ Saluator ζωτῆρος, &c.

Difficultas sola remanet de mutatione vocalis præcedentis has consonas ν & ρ.

Α, Ι, Υ, præcedentes ν vel ρ non mutantur. πτὰν πτᾶνος; νέκταρ νέκταρος; δέλφιν δελφῖνος. γόρθυν γάρθυνος; μάρτυρ μάρτυρος. In his & similibus nominibus adduntur tantum terminationes communes casuum ad nominatiuum.

Η præcedēs ν in masculinis matatur in ε, vt ποιμὴν, τοῦ ποιμένος. In femininis non mutatur, vt ζείρην τῆς ζείρηνος. Si præcedat ρ non mutatur, vt σωτὴρ σωτῆρος, paucis exceptis de quibus in arte declinandi.

Ω præcedens ν in masculinis non mutatur, vt πλάτων τοῦ πλάτωνος in femininis mutatur in ο vt ἡ εἰκὼν τῆς εἰκόνος. De his ta-

men vide differtationem propriam.
Si præcedat ρ in polysyllabis mutatur in ο, vt νέςωρ τȣ̃ νέςορος, in monosyllabis manet, vt φὼρ τȣ̃ φωρὸς, fur.
Obserua me tantum agere de substantiuis, nam adiectiuorum declinatio artem habet peculiarem vt dicitur in tractatu de adiectiuis.

DE CONSONA Σ.

Totum difficultatis pondus huic incũbit consonæ quæ præceditur ab omni vocali & nullibi remanet in genitiuo sed vel mutatur vel eliditur.
Litera σ ab excultæ linguæ præceptoribus habita semper est insuauioris pronuntiationis non quidem initio vel fine dictionum in quibus frequentissima est sed in medio.
Inde laceratur Euripidis carmen illud in quo nihil pene consonantis nisi σ, ἔσωσα σ' ὡς ἴσασιν, seruaui te vt sciunt.
Inde etiam Attici suauissimæ linguæ artifices frequenter eam commutant in τ, vt in omnibus nominibus in σσα θάλασσα atticè θάλαττα γλῶσσα, γλῶττα. Idem in

omnibus verbis in σσω, τάσσω atticè τάττω. Ita in futuris verborum in ιζω, ισω eam auferunt νομίζω, fut. νομίσω atticè νομιῶ.
In futuris verborum primæ & secundæ classis eam in vnam pene literam coëgerunt ex duplici consona πσ; κσ facta vna litera vt pene σ cum alia consona confunderetur quæ consona debebat manere in futuro cum σ quia erat character præsentis. In verbis autem quintæ classis quia non potuit confundi cum λ, μ, ν, ρ, expulsa est σ.
Inde factum est vt in nominibus imparisyllabis seu Græcorum seu Latinorum, finalis litera σ nominatiui, futura media in genitiuo per additionem terminationis os vel is; mutata sit in alias consonas & à Græcis & à Latinis.
Græci quidem mutant illam vel in δ, vt λαμπὰς λαμπάδος non λαμπάσος, vel in τ, vt κρέας κρέατος nos κρέασος vel in θ, vt κόρυς κόρυθος non κόρυσος. Vel eam elidunt, vt ὄφις ὄφιος, μίνως μίνωος.
Ita Latini mutant in t, vt pietas pietatis non pietasis. Vel in d, vt custos custodis non custosis, vel in r, vt tempus temporis non temposis, vel eam elidunt, vt
grus

grus, gruis; ſus, ſuis, more Græco ὗς ſus, τοῦ ὑὸς ſuis.

Ex his colligis totam artem huius conſonæ ſitam in eo eſſe vt intelligatur in quibus nominibus debeat mutari in δ vel τ vel θ vel elidi, ex ratione quadam communi.

V. g. Regula generalis omnia feminina in ας mutans σ in δ vt λαμπὰς, μονὰς & ſimilia. Altera regula. Omnia neutra in ας mutant σ in τ, vt γῆρας γήρατος, κέρας κέρατος & ſimilia. Altera regula omnia monoſyllaba in υς elidunt σ μῦς μυὸς, δρῦς δρυὸς & ſimilia. Eadem methodo in aliis terminationibus vtendum vt factum eſt in declinatione impariſyllaba.

DE CONSONIS ξ, ψ.

Hæ conſonæ duplices, compoſitæ ex κσ & πσ quia habent σ finale dum terminant nomina Græca, elidunt σ ad formandum genitiuum.

Vt θώραξ θώρακος, κύκλωψ κύκλωπος. Ita apud Latinos terminata in x quæ etiam eſt litera duplex compoſita ex c s elidunt s vt felix felicis, victrix victricis & ſimilia.

Difficultas iam remanet in κ quod mutatur in cognatas sibi literas γ vel χ, vt αἶξ αἰγὸς non ἀκὸς. θρὶξ τριχὸς non θρικὸς.
Ita π mutatur in sibi cognatas, φ & β, vt κατῆλιψ κατήλιφος non κατήλιπος, ἄραψ ἄραβος non ἄραπος.
Sic apud Latinos Rex, lex & similia detrito s mutant c. in g Regis, legis.
Ars igitur erit per rationes communes intelligere quæ retineant κ quæ mutent in γ. vel χ, quæ retineant π quæ mutent in β vel φ, nam omnia elidunt ς & hæc ratio communis est. Vide declinationem imparisyllabam.
Vnum superesse videtur ad absolutam huius artis cognitionem; cum multa sint nomina imparisyllaba quæ ad formandum genitiuum præter additionem terminationis communis assumunt præterea consonam τ. Quæ nomina assumant.
V. g. omnia neutra in μα assumunt consonam τ, vt ζῶμα ζώματος non ζώμαος, θέμα θέματος.
Altera regula communis. Omnia Participia actiua præter terminata in ως assumunt consonam τ, vt λύων λύοντος, λύσας λύσαντος & similia.

Ex his licet intelligere quam facilis & certa sit hæc declinandi methodus seu Græce seu Latine, nam quid opus tot regulis tertiæ declinationis Latinorum quibus oneratur ingenium puerile non regitur vt plurimum.

An non facilius & certius si ad communem vnam rationem reuocaueris hoc modo. Omnia nomina tertiæ declinationis declinantur imparisyllabè addendo ad nominatiuum terminationes communes is, i, em, e, vt Cæsar Cæsaris Cæsari Cæsarem Cæsare, Dauid Dauidis Dauidi Dauidem Dauide. Quid opus illa regula Dauid Dauidis dices Bogudis Bogud aufer, & similibus.

Hinc formantur regulæ communes & certæ sub illa vniuersalissima supra posita de terminationibus communibus. Omnia in r assumptis terminationibus communibus nihil mutant: Cæsar Cæsaris, furfur furfuris, arbor, arboris, carcer carceris.

Quatuor autem excipe quæ mutant u in o femur femoris, iecur iecoris, ebur oboris, robur roboris, & far geminat r farris. Omnia in n, masculina nihil mutant, lien lienis, splem splenis.

Neutra mutant e in i nomen nominis, flumen fluminis quibus adde masculina flamen flaminis , & composita à cauo tibicen tibicinis.
Omnia in l, nihil mutant consul consulis, vigil vigilis, animal animalis, Michaël Michaëlis.
Duo fel & mel geminant l, fellis, mellis.
Omnia in d, c nihil mutant Dauid Dauidis, Halec halecis.
De litera s iam dictum est in eam totum declinationis pondus incumbere de qua tamen formantur regulæ communes.
Omnia feminina in as mutant s in t, pietas pietatis, puritas puritatis, &c. & ita de aliis terminationibus quas omnes regulas priuatim mihi composui. Hæc tamen pauca hic placuit apponere vt intelligatur quanta sit analogia vtriusque linguæ Græcæ & Latinæ, quæ ad regulam Græcæ plane ficta & formata est: vnde eandem methodum sequor in declinandis nominibus Latinis & Græcis.
Laborat vossius & alij in explicanda illa varietate nominum in x quorum alia habent c in genitiuo , vt victrix victricis alia g vt Rex Regis. Quid facilius quam

recurrere ad rationem communem. Sicut apud Græcos, ita apud Latinos omnia terminata in ξ perdunt ς, vt θώραξ θώρακος nam ξ est κσ. Ita x est cs victrix victricis, detrito s. At Rex mutat c in g Regis: quis ignorat affinitatem maximam, inter c & g ita vt g dicatur tantum diminutum literæ c, mutatur c in g quia suauius dicitur Regis quam recis hæc mutatio oritur ex cognatione consonantium, & ex euphonia cuius gratia fit. Ita apud Græcos αἴξ capra habet in genitiuo αἰγὸς & non αἰκὸς.



DISSERTATIO VIII.

QVÆ NOMINA PARISYLLABE quæ imparisyllabè declinanda sint.

Cum dictum sit duplicem duntaxat esse apud Græcos declinandi modum, parisyllabum & imparisyllabum: hic quæritur quæ nomina alterutro modo declinanda sint.

Assertio prima.

Ex viginti quatuor literis Græcis, decem solummodo sunt terminatiuæ nominum Græcorum; Quinque consonæ, ν, ρ, σ, ξ, ψ: Quinque vocales α, ι, υ, η, ω: Ex quo colligis nullum nomen Græcum terminari in nominatiuo, in ε vel ο; nec in liquidas λ, μ: nec in duplicem ζ: nec in vllam nouem mutarum ϖ, κ, τ, β, γ, δ, φ, χ, θ.

Assertio secunda.

Terminata in η, sine exceptione, & in α femininum, declinantur parisyllabè, vt ἡ τιμὴ honor, ἡ ἀρετὴ virtus, ἡ θάλασσα mare.

Aſſertio tertia.

Terminata in ι, υ, ω, ſine exceptione, & in α neutrum, declinantur impariſyllabè, vt τὸ μέλι mel, τὸ ἄςυ vrbs, ἡ ἠχὼ echo, τὸ σῶμα corpus.

Aſſertio quarta.

Terminata in ρ, ξ, ψ, declinantur impariſyllabè, nullo excepto, vt λετὴρ peluis, πῖδαξ fons, ἄραψ Arabs.

Aſſertio quinta.

Terminatr in ον neutra ſubſtantiua declinantur pariſyllabè: Reliqua omnia in ν impariſyllabè, ον, τὸ μῆλον pomum, τὸ ξύλον lignum.

Relipua in ν, impariſyllaba.

ων, ὁ κανὼν regula.	ην, ὁ ποιμὴν paſtor.
αν, ὁ πτὰν Titan.	ιν, ὁ δελφὶν delphin.
υν, ἡ γόρθυν Gorthyn.	

Aſſertio ſexta.

Ex terminatis in σ, maſculina, feminina, communia tum adiectiua tum ſubſtantiua in ος declinantur pariſyllabè, vt ὁ θεὸς Deus, ἡ νῆσος inſula, ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος homo, ἀγαθὸς bonus, λυόμενος ſolutus.

His adde quædam in ας vel ης, vt νεανίας adoleſcens, χρύσης Chryſes, de quibus vide diſſertationes proprias.

DISSERTATIO IX.

DE GENERE NOMINVM GRÆCORVM.

Genus dupliciter agnoſci poteſt, vel ſignificatione, uel terminatione: inde oritur varietas ex illo duplici principio generum.

Quædam enim ſpreta ſignificatione ſequuntur genus terminationis; ita mancipium, ſignificatione generis maſculini velfœminini; & terminatione neutrum. Ita Lugdunum vrbs, ſignificatione fœmininum, terminatione neutrum, quod contigit alis vrbibus exceptis in regula latina, Præneſte, cere, nepet. Ita apud Græcos παιδίον puer, ſignificatione maſculinum, terminatione neutrum τὸ παιδίον, τὸ μειράκιον iuuenis.

Ne tamen ſit indigeſta ratio cognoſcendi genus nominum Græcorum; hæc duo Principia ſeparabo, & primum de ſignificatione, quæ facilior eſt, nec ad tot no-

& similium, vt dicemus: nam ἡ πόλις vrbs, ἡ κρηνὴ fons, ἡ νῆσος insula ἡ χώρα regio, ἡ σάφειρος, quia ἡ λίθος lapillus.
Assertio secunda.
Nomina feminarum & dearum sunt femini generis: vt ἡ ἀμάρυλλις amaryllis, ἡ παλλὰς Pallas, ἡ λητὼ latona.
Secundò nomina officiorum feminarum: ut ἡ βασιλίς regina, ἡ σώτειρα Saluatrix.
Tertiò nomina vrbium, insularum, regionum, nauium, fontium, herbarum, vt ἡ καλχηδὼν calchedon, ἡ πελοπόννησος Peloponnesus, ἡ αἴγυπτος Ægyptus, ἡ κένταυρος nauis, centaurus.
Hic excipienda, & notanda quæ spreto significationis genere, sequuntur genus terminationis, vt τὸ ἄργος vrbs argos & similia.

DE GENERE EX TERMINATIONE.

Terminationes nominũ Græcorum sunt quinque vocales α, ι, υ η, ω, & quinque consonæ ν, ρ, σ, ξ, ψ, de singulis dicendum.

A

Assertio prima.

Omnia terminata in μα sunt neutrius generis si vnum ἡ τόλμα audacia femininum excipias, vt τὸ σῶμα, corpus, τὸ βῆμα tribunal.
Reliqua omnia feminini generis, quæ non terminantur in μα sed in α, vt ἡ θάλασσα mare, ἡ ἄκανθα spina.

ι.

Assertio secunda.
Omnia terminata in ι sunt neutrius generis, nullo excepto, vt τὸ μέλι mel, τὸ σίνηπι sinapi.

υ.

Assertio tertia.
Omnia terminata in υ sunt neutrius generis, nullo excepto, vt τὸ ἄςυ vrbs, τὸ πῶϋ grex.

η.

Assertio quarta.
Omnia terminata in η sunt feminini generis, nullo excepto, vt ἡ τιμὴ honor, ἡ ἀρετὴ virtus.

ω.

Asserrio quinta.
Omnia terminata in ω sunt feminini generis, nullo excepto, vt λητὼ latona, ἡ ἠχὼ Echo.

DE CONSONIS.

Terminatio consonarum varia est pro variete vocalium quæ eas præcedunt. Vnde ν consona præcedi potest & terminari in αν, ιν, υν, ων, ον, ην.

De terminatione neutrorum in adiectiuis, nihil hic dico, cum res per se pateat, & de iis, in disputatione de adiectiuis, Præceptum sit.

DE CONSONA ν.

αν.

Assertio prima.

Nomina in αν sunt masculini generis; nullo excepto, vt ὁ τιτὰν titan, ὁ παιὰν Pæan.

ιν.

Assertio secunda.

Paucissima terminantur in ιν, & pene omnia dubij generis, communiter tamen feminini.

ἡ ἀκτὶν radius, ἡ ἲν fibra, ἡ θὶν aceruus arenæ, ὁ ἰν genus mensuræ. Mascul. ὁ θὶν litus, ὁ ἰκτὶν miluus, ὁ vel ἡ δελφὶν delphin, dubij generis.

Assertio tertia.

ον.

Termina in ον neutrius sunt generis, nullo excepto, nisi significatione aliter eueniat, τὸ μῆλον Pomum, τὸ ξύλον lignum.

υν.

Assertio quinta.

Terminata in υν sunt masculi generis, vt ὁ φόρκυν.

At ἡ γόρθυν vrbs gorthyn, significationis genus conseruat.

OBSERVATIO.

Nota, quod semel monuisse sufficiat, dum agitur de terminationum genere, ita dari assertiones, vt semper intelligatur, nisi ex significatione aliud genus aliqua sortiantur.

ην.

Assertio sexta.

Dissyllaba in μην sunt masculini generis ὁ ποιμὴν Pastor..

Quibus adde hæc masculina licet non terminentur in μην, ὁ ἀδὴν glandula, ὁ αὐχὴν ceruix, ὁ κηφὴν fucus, ὁ σφὴν cuneus, ὁ καὶ ἡ χὴν anser, ὁ σωλὴν canalis, ὁ καὶ ἡ ἕλλην Græcus.

Feminina ſunt ἡ σειρὴν ſiren, ἡ φρὴν mens.

ων.

Aſſertio ſeptima.

Terminata in ων ſunt maſculini generis, vt ὁ ἀγὼν certamen, ὁ αἰὼν ſeculum, ὁ κανὼν regula.

Excipe feminina, ἡ εἰκὼν imago ἡ ἀκροχορδὼν verruca, ἡ ἅλων area, ἡ ἠϊὼν litus, ἡ ληθεδὼν obliuio, ἡ μελεδὼν cura, ἡ σηπεδὼν putredo, ἡ σιαγὼν maxilla, ἡ σινδὼν linteum, ἡ τηκεδὼν tabes, τρήρων columba, τρυγὼν turtur, χελιδὼν hirundo, χθὼν terra, κιὼν nix.

DE CONSONA ρ.

Conſona ρ poteſt præcedi & terminari in αρ, in υρ, in ηρ, in ωρ in ορ, ειρ.

αρ.

Aſſertio prima.

Terminata in αρ ſunt neutrius generis, nullo excepto.

τὸ νέκταρ nectar, τὸ ἧπαρ hepar.

OBSERVATIO.

Nota me hic tantum agere de ſubſtantiuis: nam adiectiuorum genus notum eſt ex tractatu

de adiectiuis vt μάκαρ μάκαιρα *beatus*, ἡ δάμαρ *vxor*.

υρ.

Aſſertio ſecunda.

Terminata in υρ ſunt maſculini generis ὁ ψίθυρ murmurator.

Excipe ὁ καὶ ἡ μάρτυρ teſtis, communis generis, & τὸ πῦρ ignis neutrius generis.

ηρ.

Aſſertio tertia.

Nomina in ηρ, ſunt maſculini generis, vt ὁ λȣτήρ peluis, ὁ ἀὴρ aër.

Excipe duo feminina, ἡ γαστὴρ venter, ἡ κὴρ ſors, μήτηρ mater, θυγάτηρ filia, ſignificatione noſcuntur.

Duo contracta neutra ſunt τὸ ἔαρ ἦρ ver, τὸ κέαρ κῆρ cor.

ἡ ἀὴρ aër, ἡ αἰθὴρ æther Poëtica ſunt & Æolica.

ορ.

Aſſertio quarta.

Terminata in ορ pauciſſima & omnia neutra, vt τὸ ἦτορ cor.

ωρ.

Aſſertio quinta.

Terminata in ωρ ſunt maſculini generis, ὁ φὼρ fur, ὁ ἰχὼρ ſanies, ὁ ἀχὼρ ſordes capitis.

Excipe

Excipe hæc neutra, τὸ ὕδωρ aqua, τὸ ἔλδωρ desiderium, τὸ σκῶρ stercus, τὸ ἕλωρ captura, τὸ τέκμωρ signum.
Et communia ex sensu vt ἀπάτωρ sine patre, πανδαμάτωρ omnia domans.

ειρ.

Assertio sexta.
Paucissima terminata in ειρ sunt masculina vt ὁ φθεὶρ Pedunculus.
Excipe ἡ χεὶρ manus femininum.
Et eius composita communia ὁ καὶ ἡ ἀντίχειρ Pollex, ἄχειρ carens manibus.

DE CONSONA ξ.

Assertio prima.
Terminata in ξ sunt masculini generis polysyllaba vt ὁ θώραξ thorax.
Excipe hæc feminina.
ἡ ἄντυξ canthus; αὖλαξ sulcus, κλῖμαξ scala, κύλυξ calix, λάρναξ vrna, μάστιξ flagellum, πήγηξ galea, πτέρυξ ala, φάλαγξ legio, φάρυγξ vallis, χάραξ vallus, χοῖνιξ chœnix, hæc dubij vel communis generis.
ὁ vel ἡ ὄμφαξ vmbilicus, ὁ vel ἡ πῖδαξ fons, ὁ vel ἡ στύραξ styrax, ita ἄμπυξ reticulum muliebre, ἕλιξ capreolus vitium,

φάρυγξ guttur, σκύλαξ catulus, πέρδιξ Perdix, ὕστριξ hyſthrix.
Aſſertio ſecunda.
Feminini generis ſunt monoſyllaba, & terminata in ιγξ, vt ἡ νὺξ nox, ἡ πλὺξ plica, ἡ τρὺξ fex.
Excipe hæc monoſyllaba maſculina βλὰξ ſtolidus, θὴξ vermix, ἴξ vermis vitium, πρὸξ hinnulus, σφὴξ veſpa.
Item αἴξ capra vel caper, ἡ vel ὁ, ὁ vel ἡ βὴξ tuſſis.
Item monoſyllaba in αξ maſculina ſunt, vt ὁ τρὼξ vermis leguminum, ὁ ῥὼξ vel ῥὰξ acinus vuæ.

DE CONSONA ψ.

Aſſertio prima.
Terminata in ψ ſunt maſculini generis, ὢψ viſus, φὰψ palumbus, χάλυψ chalybs.
Excipe hæc feminina.
ἡ φλὲψ vena, ἡ κατῆλιψ ſcala, ἡ λαῖλαψ turbo, ὄψ vox.

DE CONSONA Σ.

Terminata in σ ſunt infinita pene, Pariſylla-

ba & Imparisyllaba ; Præceditur enim σ ab omni vocali : vnde sunt nomina in ας, in ις, in υς, in ως, in ος, in ης, in ες sunt adiectiua neutra de quibus nihil hic. Diphthongi in ους, αις, ευς, αυς.

Ας.

Assertio prima.

Polysyllaba Paroxytona in ρας vel in ας purum sunt masculini generis, vt μονίας solitarius, ἐκτρεπίας vappa, μετωπίας lati frontis.

Assertio secunda.

Dissyllaba Paroxytona vel properispomena in ρας vel ας purũ sunt neutrius generis : vt τὸ γῆρας senectus, τὸ κέρας cornu, τὸ κρέας caro.

Excipe ὁ λάας masculinum lapis.

Assertio tertia.

Omnia oxytona in ας sunt feminini generis : vt ἡ λαμπὰς lampas, ἡ μονὰς monas.

Excipe primò communia quæ significatione noscuntur, vt ὁ καὶ ἡ φυγὰς exul, ὁ καὶ ἡ ἀρκὰς Arcas.

Excipe secundò pauca masculina, vt ὁ ἀνδριὰς statua, ὁ ἱμὰς locum.

Assertio quarta.

Reliqua non expressa in ας sunt masculini

generis, vt ὁ γίγας gigas, ὁ ἀδάμας adamas.

ης.

Aſſertio prima.

Terminata in οτης & υτης, deriuata ab adiectiuis, ſunt omnia feminini generis: vt ἀγαθότης bonitas, ἁγιότης ſanctitas, κακότης malitia, δριμύτης acrimonia, quibus adde ἡ ἐσθὴς veſtis.

Aſſertio ſecunda.

Reliqua in ης, ſeu Pariſyllaba ſeu Impariſyllaba, ſunt generis maſculini: vt ὁ τάπης tapes, ὁ λέβης lebes, ὁ μύκης fungus, ὁ λῃστὴς latro.

ως.

Aſſertio.

Maſculina ſunt terminata in ως, vt ὁ γέλως riſus, ὁ ἔρως amor.

Excipe neutrum τὸ φῶς.

Et tria feminina, ἡ αἰδὼς Pudor, ἡ ἠὼς aurora, ἡ φῴς vſtulatio.

υς.

Aſſertio prima.

Feminina ſunt terminata in τυς formata à maſculinis in της, & oxytona, vt ἀγορητὺς ars concionandi, ἀκοντιστὺς ars iaculandi.

Quibus adde hæc feminina, ἡ χέλυς lyra,

ἡ κόρυς galea, ἡ κώμυς fasciculus, ἡ ὀφρὺς supercilium, ἡ χλαμὺς læna, ἡ ὀσφὺς lumbus, ἡ ἔγχελυς anguilla.
Assertio secunda.
Reliqua in υς masculina sunt, vt ὁ βότρυς racemus, ὁ ἰχθὺς piscis, ὁ μῦς mus, ὗς sus, πῆχυς cubitus, πέλεκυς securis.

ις.

Assertio.
Terminata in ις sunt feminini generis, vt ἡ ἔλπις spes, ἡ ἔρις contentio, ἡ πόλις vrbs, ἡ χάρις gratia.
Excipe pauca hæc masculina.
ὁ ὄφις serpens, ὁ κὶς Vermiculus, ὁ λὶς leo, λῖς Pannus.
ὁ καὶ ἡ ὄρνις auis.

ος.

Assertio prima.
Terminata in ος sunt masculini generis & primò omnia verbalia, vt ὁ λόγος sermo, ὁ ἁγιασμὸς sanctificatio, ὁ δηγμὸς morsus.
Secundò omnia deriuata à masculinis, vt diminutiua ἀβακίσκος abaculus, νεανίσκος iuuenculus.
Tertiò omnia hyperdissylla quæ significatione non indicant genus: vt ὁ ἀγοςὸς cubitus.

Excipe 1. hæc feminina ἡ ἄμαθος, ἄμμος, ψάμαθος, ψάμμος, arena, ἡ γέρανος, grus, κίβωτος area, νῆσος insula, νόσος morbus, ῥάβδος virga, τίβεννος toga, ψῆφος calculus, ἡ ὁδὸς via cum compositis, ζύνοδος; ἡ δοκὸς trabs, ἡ τάφρος fossa.
Secundò hæc adiectiua substantiue posita vel subaudito substantiuo. Ita ἄσφαλτος bitumen suple πίσσα pix, ἄυλειος vestibulum supple θυρὰ ἄυλειος, ἔρημος eremus supple, γῆ, ἤπειρος continens idem, λαοφόρος, vel λεωφόρος via popularis supple ὁδὸς, τρίβος semita, νεὸς & νειὸς nouale suple, γῆ, τροχήλατος via vbi agitur rota ἡ ἄκατος acatus supple ναῦς.
Assertio secunda.
Imparisyllaba in ος sunt omnia generis neutrius, vt τὸ ἄνθος flos, τὸ ἄλσος lucus, quæ autem illa sint, non est certus character ea à masculinis distinguendi: quia licet hæc sint dissyllaba, primigenia vt plurimum, accentu semper in penultima; hæ tres conditiones plurimis masculinis conueniunt, vt ὁ ἄνος apologus, ὁ ἄντλος sentina, & infinita similia, consulatur lexicon in dubio.

DIPHTHONGI αις, αυς.

Aſſertio.

Terminata in αις tria tantum varij generis τὸ σταὶς farina ſubacta, neutrius.
ἡ δαὶς conuiuium feminini.
ὁ καὶ ἡ παῖς, puer, puella communis.
Terminata in αυς duo tantum feminini generis: ἡ ναῦς nauis, ἡ γραῦς vetula.

εις. ευς.

Aſſertio.

Terminata in εις duo ſunt tantum appellatiua ὁ κτεὶς pectem maſculinum, ἡ κλεὶς clauis femininum, reliqua propria ſunt & ſignificatione genus indicant, vt ὁ σιμόεις fluuius, ἡ ὀπόεις vrbs.
ὁ πλακόεις Placenta vſitatius dicitur contractè πλακοῦς: Ita ὁ ἀλλᾶς, ἀλλᾶς, lucanica.
Terminata in ευς ſunt omnia maſculina, vt ὁ ἁλιεὺς Piſcator, ὁ ἀγυιεὺς ara Apollinis.

ους.

Aſſertio.

Terminata in ους ſunt maſculini generis, ὁ ὀδοὺς dens, ὁ βοῦς bos, ὁ ποῦς Pes, ὁ πλακοῦς Placenta.
Excipe vnicum τὸ οὖς auris, neutrum.

Hanc dißertationem de genere nominum Græcorum tanquam rudimentum propono, ab aliis acuratius excolendam; eo ſane conſilio, licet in Onomaſtico inueniant tirones generum differentiam, ne ſine plane rudes, in iis quæ certiſsima ſunt & communia. V. g. Omnia nomina in η vel ω eſſe feminini generis; vt ἡ τιμὴ honor, ἡ λητὼ Latona. Omnia in ι vel υ eſſe nèutrius generis: vt ζίνηπι ſinapi, ἄϛυ vrbs, & ita de aliis regulis ſupra traditis: quo continget vt errata Onomaſticorum his regulis firmati corrigant.



DISSERTATIO X.

NOTÆ IN ARTEM CONIVGANDI.

I. Quot sunt Coniugationes apud Græcos?

R. Vnica, quia vnus est tantum tempora formandi modus; & eædem, in omnibus, personarum terminationes; vt ex Arte coniugandi manifestum est.

I. Tam variè terminantur themata, tam vario charactere? aliud siquidem in πω, aliud in βω, in κω, in γω, & similia.

R. Hæc omnia, & tam varia verba, eadem planè ratione formant tempora, & coniugant personas, secundum easdem terminationes.

I. Videtur esse maximum discrimen in formatione temporum; nam alia formant Futurum in ψω, alia in ξω, alia Præteritum in φα, alia in χα, & ita de aliis.

R. Hanc varietatem, nec esse in formatione temporis, quæ semper eadem est, & ex eadem Arte; nec in formatione pers-

ſonarum, ſed tantum in vario charactere, qui non infert nouum coniugandi modũ. Ita τύψω, Futurum 1. formatur à præſenti, vt λύσω, addito σ, ad characterem præſentis; nam ψ, eſt πσ, π autem eſt character verbi, τύπτω, huius autem temporis perſonæ formantur, vt in Futuro λύσω, λύσεις, λύσει, τύψω, τύψεις, τύψει, & ita de aliis.

I. Hæc noua mihi videntur.

R. An noua quæ antiquis analoga ſunt, vnde in verbis ſecundæ tuæ coniugationis, πλέκω, Fut. πλέξω, ſeu, πλέκσω, vt λύω, λύσω, nam ξ, eſt κσ, coniuga modo, λύσω, λύσεις, λύσει, πλέξω, πλέξεις, πλέξει, quid tandem eſt diſcriminis?

I. Ad quid igitur vtilis erit illa multiplicitas characterum?

R. Ad diſtinctionem thematum inter ſe.

I. Quot ſunt ij characteres, quibus diſtinguntur themata?

R. Eos in ſex Claſſes diſtribuo, explicationis maioris cauſa.

Primæ Claſſis characteres ſunt, π, β, φ. Secundæ Claſſis, γ, κ, χ. Tertiæ Claſſis, δ, τ, θ. Quartæ Claſſis, duplex σσ, vel ζ. Quintæ Claſſis immutabiles λ, μ, ν, ρ. Sex-

tæ Classis vocales & diphthongi.

Sicut apud Latinos distinguntur verba bo, do, go, lo, mo, no, po & similia ex diuersa consonante quæ tamen sunt omnia vnius coniugationis.

I. An non hi characteres constituunt diuersas coniugationes?

R. Non, sunt enim verbi cuiusque seu Thematis characteres, & non coniugationis.

I. Sunt ne alij characteres?

R. Esse tres principes tantum characteres, vt in Arte coniugandi explicatum est, nimirum characteres præsentis qui in sex Classes distributi sunt, character futuri qui regularis est σ, character præteriti vnicus legitimus κ.

I. Cur igitur aliqua habent in Præterito φα, alia χα, & in Futuro λω, μω, γω, ρω; non σω.

R. Id pendere à natura characteris cuiusque thematis qui debet regnare in omnibus verbi temporibus, & modis.

I. Quid ais! an character thematis debet in omni verborum tempore reperiri, ᾄδω, cano. In futuro ᾄσω, vbi est δ? In præterito ᾖκα, vbi est δ? λείβω libo. In

ſonarum, ſed tantum in vario charactere, qui non infert nouum coniugandi modū. Ita τύψω, Futurum 1. formatur à præſenti, vt λύσω, addito σ, ad characterem præſentis; nam ψ, eſt πσ, π autem eſt character verbi, τύπτω, huius autem temporis perſonæ formantur, vt in Futuro λύσω, λύσεις, λύσει, τύψω, τύψεις, τύψει, & ita de aliis.

I. Hæc noua mihi videntur.

R. An noua quæ antiquis analoga ſunt, vnde in verbis ſecundæ tuæ coniugationis, πλέκω, Fut. πλέξω, ſeu, πλέκσω, vt λύω, λύσω, nam ξ, eſt κσ, coniuga modo, λύσω, λύσεις, λύσει, πλέξω, πλέξεις, πλέξει, quid tandem eſt diſcriminis?

I. Ad quid igitur vtilis erit illa multiplicitas characterum?

R. Ad diſtinctionem thematum inter ſe.

I. Quot ſunt ij characteres, quibus diſtinguntur themata?

R. Eos in ſex Claſſes diſtribuo, explicationis maioris cauſa.

Primæ Claſſis characteres ſunt, π, β, φ. Secundæ Claſſis, γ, κ, χ. Tertiæ Claſſis, δ, τ, θ. Quartæ Claſſis, duplex σσ, vel ζ. Quintæ Claſſis immutabiles λ, μ, ν, ρ. Sex-

tæ Claſſis vocales & diphthongi.
Sicut apud Latinos diſtinguntur verba bo, do, go, lo, mo, no, po & ſimilia ex diuerſa conſonante quæ tamen ſunt omnia vnius coniugationis.
I. An non hi characteres conſtituunt diuerſas coniugationes?
R. Non, ſunt enim verbi cuiuſque ſeu Thematis characteres, & non coniugationis.
I. Sunt ne alij characteres?
R. Eſſe tres principes tantum characteres, vt in Arte coniugandi explicatum eſt, nimirum characteres præſentis qui in ſex Claſſes diſtributi ſunt, character futuri qui regularis eſt σ, character præteriti vnicus legitimus κ.
I. Cur igitur aliqua habent in Præterito φα, alia χα, & in Futuro λω, μω, νω, ρω; non σω.
R. Id pendere à natura characteris cuiuſque thematis qui debet regnare in omnibus verbi temporibus, & modis.
I. Quid ais! an character thematis debet in omni verborum tempore reperiri, ἄδω, cano. In futuro ἄσω, vbi eſt δ? In præterito ἦκα, vbi eſt δ? λείβω libo. In

Futuro λείψω, vbi eſt β? In præterito λέλειφα, vbi eſt β? & ita de aliis.

R. Præclarè mecum agis, aperis enim mihi amplam explicandi principij iam poſiti materiam. Repeto igitur & dico, characterem thematis, cum ſit character verbi, & non coniugationis, debere afficere omnia tempora, perſonas & modos, vel per ſe, vel per virtutem ſuam, vt appareat illa tempora & perſonas eſſe à tali themate.

I. Confirma tuum hoc principium amabo ex ſingulis Claſſibus.

R. Characteres thematis in prima Claſſe ſunt β, ϖ, φ, quæ tres conſonæ ſunt eiuſdem naturæ, vt conſtat ex diſputatione de literis, differunt tantum accidente maiori vel minori ſpiritu, vnde virtute eædem ſunt.

I. Quid inde?

R. Ita diſtributæ ſunt, vt character primarius thematum, primæ Claſſis ſit β, futuri ϖ, præteriti φ.

I. Cur ϖ, datum eſt futuro?

R. Quia non benè conuenit β, nec φ, cum σ, quod debet eſſe in futuro quia illius character, at ϖ, iungitur conſonè cum σ,

inde orta eſt litera duplex ψ, ſeu πσ, character futuri verborum primæ Claſſis.

I. Cur ponis hic characterem præteriti φ, cum dixeris antea characterem legitimum præteriti eſſe κ.

R. Quia vt dixi antea, character præſentis ſeu thematis debet in omni tempore reperiri, vna cum charactere futuri & præteriti, qui ſuperaddi ad characterem præſentis debent, vt dictum eſt, dum de Arte coniugandi. Igitur debuit ibi reperiri φ, cum κ, at non poſſunt necti tenuis & aſpirata, in illo conflictu, expulſus eſt character præteriti, vt ſeruaretur character verbi φ, quia potentior eſt, vt videbitur in aliis Claſſibus.

I. Quomodo igitur verba primæ Claſſis βω, πω, φω, formant futurum & præteritum.

R. Mutando characteres præſentis in duplicem ψ, pro futuro, & in φ, pro præterito, vt λείπω, λείψω, λέλειφα, τέρπω, delecto, τέρψω, τέτερφα, γράφω, ſcribo, γράψω, γέγραφα.

I. Quomodo manet vbique character thematis?

R. Quia hæ tres literæ, π, β, φ, ſunt ex-

dem natura sua; vnde vbi altera est, alteram etiam esse censendum est.
I. Nihil dictum est de verbis in πτω.
R. Verba, quæ habent duas consonas ante ω, cuiusmodi sunt in πτω, κτω, μνω, habent semper pro charactere verbi priorem consonam, quæ est nota thematis. Vnde altera consona non manet vltra imperfectum, quia non est character verbi. Ita τύπτω, ἔτυπτον, in aliis temporibus non seruatur τ, sed in solis præsentibus modorum. Verum de his plura dum de Aoristo 2.
I. Confirma tuum illud principium in verbis secundæ Classis.
R. Character thematis verborum secundæ Classis est γ, cui adduntur duæ cognatæ literæ κ χ, quæ tres consonæ sunt eiusdem naturæ, vt constat ex disputatione de literis.
I. Quid inde?
R. Hæ tres consonæ ita distributæ sunt, vt γ, sit primarius character huius Classis, κ, data est futuro, & χ, præterito.
I. Quomodo probas γ, esse primarium characterem huius Classis?
R. Ex verbis quartæ Classis, in quibus illa

quæ mutuantur à secunda characteres futuri & præteriti, pro charactere Aoristi 2. assumunt γ, tanquam characterem thematis verborum secundæ Classis: nam Aoristum 2. seruat semper characterem thematis, vt ὀρύσσω, ὀρύξω, ὤρυχα, ὤρυγον, fodio.

I. Cur additum est, κ, futuro?

R. Quia non bene conuenit γ, & χ, cum σ, charactere futuri, at κ, iungitur consonè cum σ, inde orta est litera duplex ξ, seu κσ, character futuri verborum secundæ Classis.

I. Cur ponitur χ, character præteriti & non κ.

R. Quia character præsentis debet vbique reperiri cum charactere temporis; debuit igitur hic esse χ, cum κ, charactere legitimo præteriti, at non potest κ, tenuis poni post χ, aspiratam, vnde expulsus est character temporis præteriti, κ, vt seruaretur character thematis χ, quia nobilior.

I. Quomodo igitur verba secundæ Classis in γω, κω, χω, formant futurum & præteritum.

R. Mutando characteres præsentis in du-

plicem ξ, pro futuro, & in χ, pro præterito, vt λέγω, dico, λέξω, λέλεχα, πλέκω, plico, πλέξω, πέπλεχα, τρέχω, θρέξω, τέτρεχα, curro, τίκ]ω, pario, τέξω, τέτεχα.
I. Quomodo manet vbique character thematis?
R. Quia tres illæ consonæ, γ, κ, χ, sunt eiusdem naturæ, vnde vbi altera est alteram esse censendum est, de verbis in κ]ω, dictum est superius.
I. Ostende axioma tuum in verbis tertiæ Classis?
R. Character thematis verborum tertiæ Classis est δ, cui adduntur duæ cognatæ consonæ τ, & θ, quæ tres consonæ sunt eiusdem naturæ, vt constat ex disputatione de literis.
I. Quid inde?
R. Hæ tres consonæ, virtute continentur in σ, vt probatur in disputatione de literis, vnde σ, in futuro vnà est character futuri & thematis, ἄδω, fut. ἄσω, præt. ᾖκα, character autem huius tertiæ Classis primarius est δ.
I. Quomodo probas δ, esse primarium characterem huius Classis?
R. Ex verbis quartæ Classis, in quibus illa

illa quæ mutuantur à tertia charaſteres fu-
futuri & præteriti, pro charactere Aoriſti
2. aſſumunt δ, tanquam proprium cha-
racterem thematum verborum tertiæ
Claſſis, nam Aoriſtum 2. ſeruat ſemper
characterem thematis, vt φράζω, loquor
fut. φράσω, præt. πέφρακα, Aor. 2. ἔφραδον.
I. Cur in præterito non ſeruaſti characte-
rem thematis.
R. Propter euphoniam anomalia inducta
eſt in hæc præterita: nam non debuit po-
ni δ, quia concurreret vt plurimum cum
præterito medio: nec τ, aut ϑ, quia in-
ter coniugandum fieret repetitio harum
literarum in perſonis τον, την, τε, θον,
θην, θε.
I. Quomodo igitur verba tertiæ Claſſis
formant futurum & præteritum?
R. Mutando characteres præſentis in σ,
pro futuro, & in κ, pro præterito, qui
ſunt legitimi horum temporum chara-
cteres, vt ᾄδω, cano, ᾄσω ᾖκα, πείθω, per-
ſuadeo, πείσω, πέπεικα, ἀνύτω, perficio,
ἀνύσω, ἤνυκα.
I. Quid de verbis quartæ Claſſis?
R. Verba quartæ Claſſis quorum chara-
cter thematis eſt ζ, vel duplex σσ, nul-

lum habent characterem proprium temporum futuri vel præteriti, nec coniugantur vltra imperfectum cum proprio charactere.

I. Quomodo formant futurum & præteritum?

R. Mutuatis characteribus à verbis secundæ vel tertiæ Classis, quæ autem verba mutuentur characteres verborum, secundæ classis, quæ tertiæ Classis, vide dissertationem propriam τάσσω, ordino, à verbis, secundæ Classis, habet, fut. τάξω; præt. τέταχα.

φράζω, dico à verbis, tertiæ Classis habet fut. φράσω, præt. πέφρακα.

I. Quid verba quintæ Classis?

R. Character Thematum, in verbis quintæ Classis, est λ, μ, ν, ρ, quatuor immutabiles.

I. Manentne illi characteres in futuro & in præterito vna cum characteribus temporum?

R. Manent in præterito, vna cum κ, ψάλλω, cano, ἔψαλκα, σπείρω, semino, ἔσπαρκα. Sola dissyllaba in ινω, vel υνω, abiiciunt ν, vt κρίνω, κέκρικα, non κέκριγκα, dixi dissyllaba, nam polysyllrba non ab-

ijciunt, vt μολύνω, μολυνῶ, μεμόλυγκα.

I. Quid in futuro?

R. Manent etiam in futuro, quia immutabiles, & quia characteres verbi, sed expulsus est futuri character σ. à politioribus, vt vitaretur durior pronuntiatio. Inde, ψάλλω, habet in futuro ψαλῶ, non ψάλσω, σπείρω σπερῶ, non σπέρσω nisi apud Æoles, qui etiam in istis seruant futuri characterem, vti etiam & Poëtæ, qui dicunt ὄρω, concito, ὄρσω, & similia.

I. Quid verba sextæ Classis?

R. Analoga sunt illa, & planè regularia; nam vbique seruant characterem thematis cum charactere temporum; horum autem characteres sunt vocales & diphthongi.

Ita λύω, habet fut. λύσω, præt. λέλυκα, ἴω, ἴσω, τέτικα, γελάω, rideo, γελάσω, γεγέλακα, ὀμόω, iuro, ὀμόσω, ὤμοκα, τελέω, τελέσω, τετέλεκα, & ita de aliis; cur φιλέω, habet φιλήσω, τιμάω, τιμήσω, & similia, dicitur dum de penultima futuri.

I. Character thematis debetne etiam regnare in temporibus passiuæ vocis?

R. Debere reperiri characterem thematis, non tantum in præsenti, & imperfe-

cto passiuæ vocis: sed etiam in præterito, & in aliis temporibus ab illo formatis.
I. Ostende in verbis primæ Classis?
R. Formatur præteritum passiuum ab actiuo mutata terminatione actiua κα, in passiuam μαι, ramanenre semper thematis charactere, character autem thematis in præterito primæ Classis est φ, debet igitur poni, φ, ante μαι, at φ, non bene consonat cum μ, nec eius tenuis π, nec media, β, necessitas coëgit ad literam μ, quæ cognata est cum altero μ, vnde dictum est, τέτυφα, τέτυμμαι, primo μ, tenēre locum literæ φ: Cur enim geminaretur μμ, nisi vt seruetur character thematis.
I. Cur electa litera μ?
R. Quia labialis; & eiusdem pene prolationis atque literæ, φ, π, β.
I. Cur in secunda & tertia persona, τέτυψαι, τέτυπται, non seruatur μ, primæ personæ sed ponitur π?
R. Quia vbi debet poni aspirata, si non possit illa consistere, primo recurritur ad eius tenuem v. g. φ, ad π, vt in hoc exemplo, quæ potest consistere cum σ, secundæ personæ, & cum τ, tertiæ personæ, vnde non est ibi amplius necessaria μ.

I. Cur in secunda & tertia duali, & secunda plurali positum est, φ, non π, τέτυφθον, τέτυφθε.
R. Quia φ, cum sit proprius character præteriti, & possit consistere cum aspirata ϑ, non cedit locum alteri, sed ipsum per se implet.
I. Ostende in verbis secundæ Classis?
R. Formatur præteritum λέλεχα, λέλεγμαι.
I. Cur χ, non ponitur ante μαι, sed γ?
R. Quia χ, non bene consonat ante μ, nec eius tenuis κ, unde itum est ad eius mediam γ, quæ tenet locum χ.
I. Cur in secunda & tertia singulari ponitur κ, & non γ, λέλεξαι, λέλεκται.
R. Quia, vt dictum est, Primo recurritur ab aspirata ad eius tenuem; à χ, ad κ, cum igitur κ, consonet bene ante σ, & τ, seruata est κ, non γ.
I. Cur in secunda & tertia duali & secúnda plurali ponitur χ, non κ, λέλεχθον, λέλεχθε?
R. Quia χ, est proprius character præteriti. & potest consistere cum ϑ, vnde hic locum suum implet.
I. Ostende in verbis tertiæ Classis.
R. Formantur horum omnium præteri-

ta posita litera σ, ante μαι.
I. Cur litera σ?
R. Quia vt dictum est ponitur pro δ, θ, τ, & illæ tres consonæ ponuntur pro σ, vide disertationem de literis; vnde σ, hic tenet locum characteris verbi.
I. Forma?
R. πέπεικα, à πείθω, persuadeo, πέπεισμαι, πέπεισαι, πέπεισται.
I. Cur in secunda persona non duplicasti σ?
R. Ne durior sit pronunciatio sed alterum, σ, pro duobus est.
Nota verba quartæ Classis sequi partim secundam Classem, partim tertiam, vnde de iis nihil dicendum; cum ad secundam, vel tertiam Classem referenda sint.
I. Ostende in verbis quintæ Classis.
R. Illa regularia sunt, nec indigent explicatione; mutant enim κα, in μαι, præcedente charactere thematis; ψάλλω, cano, ἔψαλκα, ἔψαλμαι, σπείρω, semino, ἔσπαρκα, ἔσπαρμαι, φαίνω, manifesto, πέφαγκα, πέφαμμαι; μολύνω, fœdo, μεμόλυγκα, μεμόλυμμαι.
I. Cur dixisti πέφαμμαι, μεμόλυμμαι? cum μ, non sit character thematis, sed ν?

R. Quia nunquam ponitur ν, ante μ, vt patet ex tractatu de literis, ſed mutatur in μ.

I. Manetne μ, in aliis perſonis?

R. Manet tantum in primis, propter literam μ, quam præcedere debet, in aliis vero reſumitur character thematis, quia poteſt conſiſtere cum conſonis terminationum vnde dicitur.

μεμόλυμμαι, μεμόλυνσαι, μεμόλυνται,
μεμολύμμεθον, μεμόλυνθον,
μεμολύμμεθα, μεμόλυνθε.

Obſerua verba diſſyllaba in ινω, vel υνω, ſicut non ſeruant characterem thematis in actiuo præterito, ita nec in paſsiuo, κρίνω, iudico κέκρικα, κέκριμαι.

I. Quid in verbis ſextæ Claſſis?

R. Regularia illa ſunt, mutando κα, in μαι, & ſeruato thematis charactere.

λύω, λέλυκα, λέλυμαι, τίω honoro, τέτικα, τέτιμαι.

I. Cur in plurimis verbis ſextæ claſſis ponitur σ, in præterito paſſiuo, cum videatur eſſe ſuperfluum; nec repræſentare characterem thematis, nec temporis.

R. Poni non necessitatis, sed euphoniæ causa, ad maiorem Emphasim pronuntiationis, vt τελέω, τελέσω, τετέλεκα, τετέλεσμαι; ἀκέω, ἤκεκα, ἤκεσμαι, sicut additur ν, ad futura κλάζω, clango fut. κλάγξω, πλάζω, πλάγξω, erro.

I. Nihil dictum est de charactere Aor. 1.

R. Character Aoristi primi semper idem est atque futuri primi, à quo formatur, vt dictum est in Arte coniugandi; τύπτω, τύψω, ἔτυψα, πείθω, πείσω, ἔπεισα, λύω, λύσω, ἔλυσα, ψάλλω, ψαλῶ, ἔψαλα.

I. Nullane est anomalia?

R. In paucis dumtaxat.

Et primo in tribus tantum, quæ habent characterem præteriti κ, ἔθηκα, pro ἔθησα, à τίθημι, pono, ἔδωκα, pro ἔδωσα, à δίδωμι, do, ἧκα, pro ἧσα, ab ἵημι, mitto.

Secundo, in duobus quæ characterem præsentis seruant ἤνεγκα, ab ἐνέγκω, fero εἶπα, ab ἔπω, dico.

Tertio, quatuor sunt quæ reiiciunt characterem futuri; χέω, fundo, ἔχεα, vel ἔχευα, pro ἔχευσα, quod tamen etiam est in vsu: καίω, seu κάω comburo, καύσω, ἔκηα, pro ἔκαυσα, quod tamen etiam est in vsu ita ἔσευα agitaui, ἤλευα vitaui.

I. Quid

I. Quid iam de charactere Aoristi 2. Futuri 2. & præteriti medij?

R. Horum omnium characteres eosdem semper esse cum charactere thematis, vt τέρπω, ἔτερπον, τερπῶ, τέτερπα.

I. Nullane est anomalia?

R. Nulla, nisi in quibusdam Aoristis secundis qui seruarunt characterem antiqui thematis. De præterito medio vide dissertationem de eo.

I. Nihil dictum est de charactere Aor. 2. in verbis quartæ Classis?

R. Dictum est superius, dum de charactere præsentis, & nunc repeto omnia verba quartæ Classis, quæ sequuntur verba secundæ Classis, habent γ, pro charactere Aor. 2. vt τάττω, τάξω, ἔταγον: quæ vero sequuntur 3. habent δ, vt φράζω, φράσω, ἔφραδον.

I. Quæ sunt illa Aorista 2. quæ seruarunt characterem antiqui thematis?

R. Pauca hæc quæ modo proponentur deriuata à verbis quæ olim desinebant in βω, vel φω, quibus Attici addiderunt literam τ: Quia verò illa litera τ, posita fuit ante terminationem ω, ideoque nectenda cum consona præcedente β, vel φ,

cum quibus cum non possit necti quia τ, tenuis est; β, & φ, sunt media & aspirata, recurrendum fuit ad earum tenuem ϖ, quæ cum tenui τ necteretur. Inde Antiquum verbum βλάβω, noceo inserto τ, ante ω, non potuit dici βλάβτω, sed βλάπτω, Ita τάφω, sepelio non potuit dici τάφτω, sed θάπτω.

Hæc autem verba in πτ, non coniugantur cum τ, vltra imperfectum: Ideo in Aoristo secundo sublata litera τ, rediit verbum ad ius & charàcterem antiquum & expulso ϖ, recepit β, vel φ, vt vides in hoc Catalogo.

Nunc		*Olim.*	*Aorist. 2.*
βλάπτω,	Noceo,	βλάβω,	ἔβλαβον.
κρύπτω,	Abscōdo,	κρύβω,	ἔκρυβον,
καλύπτω,	Idem,	καλύβω,	ἐκάλυβον.
		Litera φ.	
ἅπτω,	Necto,	ἅφω,	ἧφον.
βάπτω,	Tingo,	βάφω,	ἔβαφον.
δρύπτω,	Lacero,	δρύφω,	ἔδρυφον.
θάπτω,	Sepelio,	τάφω,	ἔταφον.
ῥάπτω,	Consuo,	ῥάφω,	ἔῤῥαφον.
ῥίπτω,	Proiicio,	ῥίφω,	ἔῤῥιφον.
σκάπτω,	Fodio,	σκάφω,	ἔσκαφον.

Nota characterem futuri secundi semper esse eundem atque Aoristi 2.

DE AVGMENTO.

Hic non repeto quæ dicta sunt in Arte coniugandi, quid sit augmentum, & quotuplex; cur appelletur syllabicum, cur temporale, de temporali potissimum hic instituitur disputatio, quod conuenit verbis à vocali inceptis.

1. Quod sunt vocales inceptiuæ verborum, quæ sint augmenti temporalis capaces?

R. Quinque α, ι, υ, ε, ο, nam, η, & ω, non sunt augmenti temporalis capaces, cum per se longæ sint.

I. A in quid mutatur?

R. A breue præsentis, seu sit in diphthongo, seu solitarium mutatur in η, si sit iota in diphthongo subscribitur, si sit υ, adscribitur ἀνύω, perficio, ἤνυον, ᾄδω, cano, ᾖδον, αἴρω, tollo, ᾖρον, αὐξάνω, augeo, ηὔξανον.

I. Nullane hic est anomalia?

R. Nulla, semper enim α, inceptiuum verbi mutatur in η, vt explicatum est.

Paucis tamen exceptis quæ seruant, α,

in imperfecto ᾄω, ſpiro verbum imitatiuum ἆαν.

Ἀηθέσσω, ἀήθεσσεν, inſuetus ſum, ἀΐω, audio, ἄϊον, ἀηδίζομαι, faſtidio afficior, ἀηδιζόμην.

Hæc tria euphoniæ cauſa, ad vitandum concurſum vocalium eiuſdem pene ſoni.

Nota hæc reuera mutare α, non pictura ſed tempore: nam α breue præſentis, fit longum in imperfecto propter augmentum ἆον.

I. Iota in quid mutatur?

R. Non mutatur quidem pictura, ſed tempore: nam iota breue inceptiuum præſentis mutatur in longum in imperfecto, ἵκομαι, venio, ἱκόμην.

I. υ, in quid mutatur?

R. Non mutatur pictura, ſed tempore, vt iota: nam cum non habeant literas longas ſibi reſpondentes pictura, ſicut ε, habet η, & ο, habet ω, non poſſunt in ſuas longas mutari, ſed in ſeipſas è breuibus in longas.

Ὑβρίζω, iniuria afficio, ὕβριζον, tam eſt longum υ, in imperfecto, quam ω, in ὤπαζον, ab ὀπάζω.

I. ε, in quid mutatur?

R. Solitarium mutatur in η, in diphthon-

go eſt immutabile, ἐλεύθω, venio, ἤλευθον.

At manet in diphthongis, εἰκάζω, aſſimilo, εἴκαζον, εὐθύνω, dirigo, εὔθυνον.

I. Nullane eſt anomalia?

R. In aliquot verbis dumtaxat, hic appoſitis, quæ non mutant ε, in η, ſed augent aſſumpto iota & facta diphthongo ει: vt ἔχω, habeo, εἶχον, non ἦχον.

Ita ἔπω, dico εἶπον, ἕλω, capio, ἑλκύω, & ἑλκύζω, ἕλκω, traho, ἕρπω, & ἑρπίζω, ſerpo ἐάω, ſino, ἕζομαι, ſedeo, ἐρύω, haurio, ἔθω, aſſueſco, ἐθίζω, aſſuefacio, ἐργάζομαι, operor, ἕπομαι, ſequor, ἐρέω, dico, ἑστιάω, conuiuio excipio, ἑστήκω, ſto.

I. ο, in quid mutatur?

R. Mutatur in ω, ſi adſit ι, ſubſcribitur, ſi υ, manet immutatum, vt ὀπάζω, præbeo, ὤπαζον, οἰκίζω, condo, ᾤκιζον, οὐτάζω, vulnero, οὔταζον.

I. Nullane eſt anomalia?

R. Nulla, niſi in paucis, quæ non mutant οι, in ῳ; vt compoſita ab οἶνος vinum, οἰνίζω vinum redoleo, οἴνιζον. Ab οἰωνὸς augurium, οἰωνίζομαι auguror, οἰωνιζόμην. Ab οἴαξ gubernaculum, οἰακίζω, guberno, οἰάκιζον, & pauca ſimilia.

DE SEDE AVGMENTI.

I. Vbinam collocandum est augmentum in compositis?

R. Verba composita à præpositionibus, seu vna, seu pluribus, augentur in medio, perinde ac si non essent composita, vt παρακούω, non obsequor, παρήκουον, ex παρά, & ἀκούω, audio, non ἐπαράκουον.

Παραμένω, ex παρά, & μένω, permaneo, παρέμενον; προεκπέμπω præmitto ex πρό, & ἐξ & verbo πέμπω, mitto, προεξέπεμπον.

I. Quid composita à nominibus, vel ab α priuante?

R. Augentur ista initio, perinde ac si non essent composita; vt φιλοσοφῶ, philosophor, ἐφιλοσόφουν, ἀφρονῶ, desipio, ἠφρόνουν.

I. Quid composita à præpositionibus εὖ, & δυς.

R. Si iungantur cum verbo cœpto à vocali mutabili, augentur in ea, vt δυσαρεστῶ. ex δυς, & ἀρεστῶ, ἠρέστουν, δυσηρέστουν, displiceo, εὐεργετῶ, beneficiis afficio, ex εὖ, & ἐργετῶ, ἠργέτουν, εὐηργέτουν.

Si iungantur cum verbo cœpto à con-

ſona, vel à vocali longa immutabili, augentur initio, vt δυϛχεραίνω, ægrè fero, ἐδυϛχέραινον.

I. Nullane eſt anomalia de ſede augmenti.

R. Duplex eſt, prima cum verba compoſita à præpoſitionibus non augentur ſenſu, vel ſimplicia eorum non ſunt in vſu, tunc augentur initio, in ipſa præpoſitione, vt ἀμφισβητῶ, dubito ex ἀμφὶ, ἠμφισβήτουν; καθεύδω, dormio, ἐκάθευδον, ex κατὰ, & εὕδω.

Altera anomalia eſt in iis quæ vtrumque recipiunt augmentum, & initio præpoſitionis, & initio verbi, vt ἐνοχλῶ, ex ἐν, & ὀχλῶ, turbo, ὤχλουν, ἠνώχλουν, ἀνορθῶ, ex ἀνὰ, & ὀρθῶ, ὤρθουν, ἠνώρθουν, non tamen malè diceretur ἐνώχλουν, & ἀνώρθουν.

De Augmento Præteriti.

Hic expendentur potiſſimum difficultates, quæ occurrunt in prima thematis, quæ repetitur in formatione præteriti, vt dictum eſt dum de Arte formandi tempora.

I. Repetine poſſunt omnes conſonæ primæ thematis, in formatione præteriti?

R. Non, nam diuidere licet consonantes thematis in quatuor partes. Primo, in aspiratas. Secundo, in duplices. Tertio, in liquidas. Quarto, in reliquas omnes.

I. Verba quæ incipiunt ab aspirata vel φ, vel ϑ, vel χ, repetuntne illas aspiratas?

R. Non, sed eorum loco apponuntur tenues ϖ, κ, τ, vt φιλῶ, amo, πεφίληκα, non φεφίληκα, θύω, τέθυκα, χράομαι, κέχρημαι, quia ex disputatione de literis, non debent duæ syllabæ consequenter incipere ab aspirata.

I. Verba quæ incipiunt à litera duplici ξ, ψ, ζ, vel à duplici consona repetuntne primam thematis?

R. Non, vnde ψάλλω, cano habet ἔψαλκα, ζέω, ferueo, ἔζεκα, ξέω, rado, ἔξεκα, σπείρω, semino, ἔσπαρκα.

I. Verba, quæ incipiunt à muta cum liquida, repetuntne primam thematis?

R. Repetunt, quia non fit dura pronunciatio, vt in duplicibus, aut in duplici consona, vnde κλίνω, reclino, habet κέκλικα, κρίνω, iudico κέκρικα, γράφω, scribo γέγραφα, quibus adduntur κτ, πτ, μν, quia non faciunt duram pronunciationem; vt πτόω, cado πέπτωκα; κτάομαι, possideo,

possideo, κέκτημαι; μνάομαι, memini, μέμνημαι: quæ repetitio aliquando negligitur, vt ἔκτημαι, pro κέκτημαι, à κτείνω occido ἔκτακα.

I. Nullane est exceptio?

R. Est in verbis quæ incipiunt à γν, vel γρ, quia in his, repetitio durior esset: vnde γνόω, nosco habet, ἔγνωκα, non γέγνωκα, γνωρίζω, ἐγνώρικα, notum reddo, γρηγορέω, ἐγρηγόρηκα, vigilo.

I. Quid de verbis, quæ incipiunt à litera ρ.

R. Ista non repetunt ρ, sed vbique duplicant, præposito augmento syllabico, vt ῥίπτω, ἔρριπτον, ἔρριφα, proiicio.

ATTICISMI.

A communi more abeunt aliquantisper Attici, in augmenti formatione, quos sequuti sunt Autores, ea de causa, explicanda visa sunt augmenta Attica, ne tironum animus hæreat inter legendum Autores: monendi tamen licere vsurpare vtroque more augmentum, & more communi iam explicato, & more Attico iam explicando.

I. Quid est discriminis inter augmentum Atticum & commune?

R. Sex reperio, in quibus Attici disce-

dunt à more communi, in augmenti formatione.

I. Quod eſt primum?

R. Mutant ε, in diphthongo, in η, quod tamen, in communi lingua, eſt immutabile, ſubſcripto iota, ſi ſit; εἰκάζω, εἴκαζον, Atticè ᾔκαζον, aſſimilo, εὔχομαι, ἐυχόμην, Atticè, ηὐχόμην, precor.

I. Quid ſecundum?

R. Mutant augmentum, linguæ, communis, ſyllabicum ε, in η; vt μέλλω, ἔμελλον, Att. ἤμελλον, βούλομαι, ἐβουλόμην, Att. ἠβουλόμην, volo; δύναμαι, poſſum ἐδυνάμην, Atticè ἠδυνάμην, ἀπολαύω, fruor, ἀπέλαυον, Atticè ἀπήλαυον.

Nota hanc mutationem non vſurpandam, niſi in verbis hic expreſſis, niſi authoritate fulciaris.

I. Quid tertium?

R. In verbis cœptis ab ο, vel ω, addunt ε, ante augmentum communis linguæ temporale, in omnibus temporibus augmenti capacibus, ſeruato ſpiritu thematis.

Ὁράω, video ὥρων, Atticè ἑώρων, ὥρακα, Atticè ἑώρακα, οἴγω, aperio ὦγα, Atticè, ἔωγα, præt. medium; ὤθω impello ὦσμαι, Atticè ἔωσμαι, οἰνοχόω, fundo vinum,

ὠνόχουν, Atticè ἐωνόχουν.

Nota verbum ἑορτάζω, festum celebro, habet lingua communi ἑώρταζον, auctum in medio.

I. Quid quartum?

R. In verbis à λ, vel μ incœptis non repetunt Attici primam thematis in præterito, sed ablata prima thematis augent per ει, λείβω, libo λέλειφα, Atticè εἴλειφα; μείρομαι, sortior μέμαρμαι, Att. εἵμαρμαι.

I. Quid quintum?

R. In verbis, quæ incipiunt à duabus breuibus ε, vel ο, vel ab α breui repetunt in præterito duas priores literas thematis, & addunt eas ad augmentum linguæ communis; vt ἐρίζω, contendo, ἤρικα, Atticè ἐρήρικα, ὄλλω, perdo, ὦλα, Att. ὄλωλα.

Quod si Præteritum ita auctum, superet tres syllabas, & tertia syllaba longa fuerit, breuianda erit mutatis longis η, vel ω, in ο, vel ε.

I. Ostende in exemplis?

R. Ἀλήθω, molo ἤληκα, Att. ἀλήλεκα, non ἀλήληκα.

I. Quid si tertia syllaba sit diphthongus, vt in ἀκούω, audio, ἤκουκα?

R. Si sit ει, vel ευ abiicienda erit ε, vt ἐλεύθω,

venio, ἤλευθα, Att. ἐλήλυθα præteritum medium, ἀλείφω, vngo ἤλειφα, Att. ἀλήλιφα.

Si ſit οι, vel ου, abiicienda erit ι, vel υ, vt ἑτοιμάζω, præparo, ἡτοίμακα, Atticè ἐτητομακα, ἀκούω, audio, ἤκουκα, Att. ἀκήκοκα.

Vnicum excipe, ἐρείδω, firmo, quod ſeruat ſuam diphthongum in tertia ſyllaba; ἤρεικα, Att. ἐρήρεικα.

I. Quid ſextum?

R. Hæc verba, ita Atticé aucta in præterito, augentur adhuc, nouo augmento temporali, in pluſquam perfecto, vt ἀκήκοα, ἠκηκόειν, ἀλήλιφα, ἠληλίφειν, ὀρύττω, ὤρυχα, ὀρώρυχα, ὠρωρύχειν, fodeo; Excipe vnicum ἐλήλυθα, quod ſeruat ε, ἐληλύθειν.

DE PENVLTIMA.

Hic diſputatur de Penultima ſyllaba thematis ſeu præſentis Indicatiui; an debeat eadem retineri, dum ab eo formantur alia tempora; an vero mutari, vt in verbo σπείρω, *ſemino. fut.* σπερῶ, *Præterit.* ἔσπαρκα, *vides vbique mutari Penultimam* ει. *Quia vero non eſt omnium temporum vna mutandæ penultimæ ratio, de ſingulis ſeparatim agendum eſt.*

DE PENVLTIMA FVTVRI I.

I. Penultima Futuri 1. Estne eadem atque præsentis?

R. Est eadem in omnibus verbis, exceptis iis quintæ Classis, vt πείθω, persuadeo, πείσω, λύω, λύσω.

I. Quid est differentiæ in verbis quintæ Classis.

R. Verba quintæ Classis debent corripere penultimam, inde duo contingunt. Primo, si sit duplex consona in præsenti altera aufertur quæ non est character, vt στέλλω, mitto, στελῶ, τέμνω, scindo, τεμῶ. Secundo, si sit diphthongus αι, vel ει, reiicitur iota, vt φαίνω, ostendo, φανῶ, σπείρω, semino σπερῶ.

His addi possunt quædam verba sextæ Classis, quæ mutant breues α, ε, ο, in longas, vt τιμάω, τιμήσω, φιλέω, φιλήσω, δηλόω, δηλώσω; quæ mutent quæ non mutent vide dissertationem de Futuris.

Ista tantum assumunt υ; in futuro πνέω spiro πνεύσω, πλέω nauigo πλεύσω, καίω vro καύσω, κλαίω, fleo κλαύσω.

DE PENVLTIMA AORISTI I.

I. Penultima Aoristi 1. estne eadem atque Futuri 1. à quo formatur?
R. Est eadem nisi in verbis quintæ Classis, quia penultima futuri istorum verborum est semper breuis, & penultima Aoristi 1. debet esse longa.
I. Quomodo longa fiet?
R. Si sint α, ι, υ, in futuro censebuntur longæ in Aoristo, vnde nihil mutabitur, vt φανῶ, ἔφανα, κρινῶ, ἔκρινα, θύνῶ, ἔθυνα. Si sit ε, (nam ο, nunquam est) assumet iota, vt σπερῶ, ἔσπειρα, στλῶ, ἔστιλα.
Obserua Atticos hic mutare α futuri in η, vt ἔφανα, communiter, Atticè ἔφηνα.

DE PENVLTIMA AORISTI 2.

I. Penultima Aoristi 2. Estne eadem atque præsentis.
R. Non semper quia in Aoristo 2. penultima debet esse breuis ε, vel ο, vel α, ι, υ; nam hæ tres postremæ censentur breues in penultima Aoristi 2. vt κρίνω, iudico,

ἔκρρινον, θύνω, ruo ἴθυνον, θάπ͂ω, ſepelio, ἔταφον.

I. Si ſit η, vel ω, in præſenti quid fiet?
R. Mutabuntur in α, breue, vt τρώγω, comedo. ἔτραγον, λήβω, capio ἔλαβον.

Vnicum excipe πλήσσω, percutio ad corpus relatum facit enim ἔπληγον, ad animum relatum facit ἔπλαγον.

I. Si ſit diphthongus in præſenti quid fiet?
R. ſi ſit αι, vel αυ manebit α, & reiicientur Subiunctiuæ, vt καίω, vro, ἔκαον, παύω, ceſſo, ἔπαον. Hæc duo Aoriſta ponuntur exempli cauſa, nam aliqui non admitunt Aoriſtum 2. à verbis in αυω.

Si ſit ει, vel ευ, reiicietur ε, præpoſitiua, vt πείθω, perſuadeo ἔπιθον, φεύγω, fugio ἔφυγον, ἐλεύθω, venio ἤλυθον, & ſyncopè ἦλθον.

Excipe verba ſextæ Claſſis flexa, quæ nihil mutant in penultima præſentis, vt δουπέω, ſono ἔδουπον, ita βλαστέω, germino, ἔβλαστον.

Nota nihil dictum de verbis in ουω, qui non cenſentur habere Aoriſtum 2. ἀκούω, audio habet ἤκοον, apud Poëtas, réiicit enim Subiunctiuam.

I. Si ſit duplex conſona quid fiet?

R. Si post characterem thematis ponatur consona, vt in verbis πτω, μνω, κτω, illa consona reiicietur ita τύπτω, verbero ἔτυπον, τέμνω, scindo, ἔταμον, τίκτω, pario ἔτεκον ψάλλω, canto ἔψαλον.

Si ante characterem ponatur consona ρ nihil mutabitur, vt μάρπτω, prehendo, ἔμαρπον, δέρκω, video ἔδαρκον, πέρθω, perdo, ἔπαρθον. In istis fit à Poëtis Metathesis, ἔδρακον, ἔπραθον.

I. Cur dixisti τέμνω, ἔταμον, δέρκω, ἔδαρκον, & similia.

R. Quia verba dissyllaba quæ habent ε, in futuri primi penultima, mutant illud ε, in α, in hoc Aoristo si sit ante vel post liquidam, vt σπείρω σπερῶ, ἔσπαρον, στέλλω στελῶ ἔσταλον, πλέκω ἔπλακον plico, κλέπτω, furor ἔκλαπον.

Ab his tamen excipe quatuor hæc verba λέγω dico ἔλεγον, βλέπω, video ἔβλεπον, φλέγω ardeo ἔφλεγον, ἐνέγκω fero, ἤνεγκον, quæ non mutant ε, in α, licet præcedat liquida.

I. Futurum 2. sequiturne semper penultimam Aoristi 2. à quo formatur?

R. Sequitur semper & in eo nulla est anomalia. Ita σπείρω semino fut. 1. σπερῶ

Aor.

Aor. 2. ἔσπαρον, fut. 2. σπαρῶ, κλέπτω, furor, fut. 1. κλέψω, Aor. 2. ἔκλαπον, fut. 2. κλαπῶ, λήβω, ἔλαβον, λαβῶ.

DE PENVLTIMA PRÆTERITI.

I. Penultima Præteriti eſtne eadem quæ præſentis?

R. Eſt in omnibus Claſſibus quatuor prioribus, vt τύπτω verbero τέτυφα, λέγω dico λέλεχα, πείθω, perſuadeo, πέπεικα.

I. Quid eſt differentiæ in verbis quintæ Claſſis?

R. Si ſint diſſyllaba, & habeant ε, mutant illud in α, vt στέλλω, ἔσταλκα.

I. Si habeant αι quid fit?

R. Abijcient iota ſeu diſſyllaba ſint ſeu polyſyllaba, vt φαίνω πέφαγκα, ὑφαίνω, ſubtexo, ὕφαγκα, μιαίνω, fœdo, μεμίαγκα.

I. Si habeant ει, quid fiet?

R. Si ſint diſſyllaba mutant illud in α, vt σπείρω ἔσπαρκα.

Si ſint polyſyllaba abiicient iota, vt ἐγείρω excito ἤγερκα, ὀφείλω; debeo ὤφελκα.

I. In verbis ſextæ Claſſis quid eſt differentiæ?

R. Vt in futuro ita etiam in præterito aliqua verba in εω, αω, οω, mutant breues penultimas ε, α, in η, ο, in ω, vt φιλέω πεφίληκα τιμάω τετίμηκα, δηλόω, δεδήλωκα.

I. Nihilne est aliud anomaliæ in penultima Præteriti?

Est in verbis quintæ Classis, Quorum character est μ, vel ν, nam Euphoniæ causa assumunt η, in penultima Præteriti, vt νέμω νένεμκα pasco, posito η, ante κ, νενέμηκα, ita κάμνω, laboro, κέκαμκα, κεκάμηκα, βρέμω fremo, βέβρεμκα βεβρέμηκα. Quia litera μ, non consonat cum κ, ita μένω, maneo μέμεγκα, μεμένηκα.

Obserua hæc verba syncope n eleganter pati δέμω, ædifico δεδέμηκα, syncopè δέδμηκα, ita κάμνω, κεκάμηκα, κέκμηκα, τέμνω scindo, τετέμηκα, τέτμηκα.

I. Nihilne mutant hic Attici?

R. In verbis primæ & secundæ Classis dissyllabis mutant ε, penultimæ in ο, vt τέμπω, mitto πέπεμφα, Atticè πέπομφα, βρέχω βέβρεχα, βέβροχα.

DE PENVLTIMA preteri medij.

I. Estne eadem penultima medij Præteriti & Actiui?

R. In omnibus penè est eadem, in paucis vero diuersa.
I. In quibus est diuersa?
R. In omnibus verbis dissyllabis quorum penultima futuri 1. est ε, mutant enim illud ε, in ο: vt λέγω, λέξω λέλογα, πέμπω πέμψω πέπομπα, σπείρω, σπερῶ ἔσπορα, τέμνω τεμῶ τέτομα, στέλλω στελῶ ἔστολα. Polysyllaba nihil mutant, vt ἀγγέλλω, nuntio ἤγγελκα ἤγγελα, ὀφείλω, debeo ὀφείλκα ὤφελα.
I. Si fuerit ει, in penultima futuri 1. quid fiet?
R. Mutabitur in οι, seu verba sint dissyllaba seu polysyllaba, vt πείθω, πείσω πέποιθα, ἀλείφω, vngo, ἀλείψω ἤλοιφα, εἴδω noui, οἶδα.
I. Nihilne est aliud anomaliæ?
R. In verbis quæ habent αι in penultima præsentis, quæ mutatur in η cum iota subscripto, vt φαίνω πέφηνα, μιαίνω μεμίηνα. Et duo quæ mutant α, penultimæ præsentis in η, vt θάλλω floreo τέθηλα, κλάζω clango κέκληγα.

R. Poni non necessitatis, sed euphoniæ causa, ad maiorem Emphasim pronuntiationis, vt τελέω, τελέσω, τετέλεκα, τετέλεσμαι; ἀκέω, ἤκεκα, ἤκεσμαι, sicut additur ν, ad futura κλάζω, clango fut. κλάγξω, πλάζω, πλάγξω, erro.

I. Nihil dictum est de charactere Aor. I.

R. Character Aoristi primi semper idem est atque futuri primi, à quo formatur, vt dictum est in Arte coniugandi; τύπτω, τύψω; ἔτυψα, πείθω, πείσω, ἔπεισα, λύω, λύσω, ἔλυσα, ψάλλω, ψαλῶ, ἔψαλα.

I. Nullane est anomalia?

R. In paucis dumtaxat.

Et primo in tribus tantum, quæ habent characterem præteriti κ, ἔθηκα, pro ἔθησα, à τίθημι, pono, ἔδωκα, pro ἔδωσα, à δίδωμι, do, ἧκα, pro ἧσα, ab ἵημι, mitto.

Secundo, in duobus quæ characterem præsentis seruant ἤνεγκα, ab ἐνέγκω, fero εἶπα, ab ἔπω, dico.

Tertio, quatuor sunt quæ reiiciunt characterem futuri; χέω, fundo, ἔχεα, vel ἔχευα, pro ἔχευσα, quod tamen etiam est in vsu: καίω, seu κάω comburo, καύσω, ἔκηα, pro ἔκαυσα, quod tamen etiam est in vsu ita ἔσευα agitaui, ἤλευα vitaui.

I. Quid

I. Quid iam de charactere Aoristi 2. Futuri 2. & præteriti medij?
R. Horum omnium characteres eosdem semper esse cum charactere thematis, vt τέρπω, ἔτερπον, τερπῶ, τέτερπα.
I. Nullane est anomalia?
R. Nulla, nisi in quibusdam Aoristis secundis qui seruarunt characterem antiqui thematis. De præterito medio vide dissertationem de eo.
I. Nihil dictum est de charactere Aor. 2. in verbis quartæ Classis?
R. Dictum est superius, dum de charactere præsentis, & nunc repeto omnia verba quartæ Classis, quæ sequuntur verba secundæ Classis, habent γ, pro charactere Aor. 2. vt τάττω, τάξω, ἔταγον: quæ vero sequuntur 3. habent δ, vt φράζω, φράτω, ἔφραδον.
I. Quæ sunt illa Aorista 2. quæ seruarunt characterem antiqui thematis?
R. Pauca hæc quæ modo proponentur deriuata à verbis quæ olim desinebant in βω, vel φω, quibus Attici addiderunt literam τ: Quia verò illa litera τ, posita fuit ante terminationem ω, ideoque nectenda cum consona præcedente β, vel φ,

cum quibus cum non possit necti quia τ, tenuis est; β, & φ, sunt media & aspirata, recurrendum fuit ad earum tenuem ϖ, quæ cum tenui τ necteretur. Inde Antiquum verbum βλάβω, noceo inserto τ, ante ω, non potuit dici βλάβτω, sed βλάπτω, Ita τάφω, sepelio non potuit dici τάφτω, sed θάπτω.

Hæc autem verba in πτ, non coniugantur cum τ, vltra imperfectum: Ideo in Aoristo secundo sublata litera τ, rediit verbum ad ius & charàcterem antiquum & expulso ϖ, recepit β, vel φ, vt vides in hoc Catalogo.

Nunc		*Olim.*	*Aorist.* 2.
βλάπτω,	Noceo,	βλάβω,	ἔβλαβεν.
κρύπτω,	Abscōdo,	κρύβω,	ἔκρυβον,
καλύπτω,	Idem,	καλύβω,	ἐκάλυβεν.
	Litera φ.		
ἅπτω,	Necto,	ἅφω,	ἧφον.
βάπτω,	Tingo,	βάφω,	ἔβαφον.
δρύπτω,	Lacero,	δρύφω,	ἔδρυφεν.
θάπτω,	Sepelio,	τάφω,	ἔταφον.
ῥάπτω,	Consuo,	ῥάφω,	ἔῤῥαφον.
ῥίπτω,	Proiicio,	ῥίφω,	ἔῤῥιφον.
σκάπτω,	Fodio,	σκάφω,	ἔσκαφον.

Nota characterem futuri ſecundi ſemper eſſe eundem atque Aoriſti 2.

DE AVGMENTO.

Hic non repeto quæ dicta ſunt in Arte coniugandi, quid ſit augmentum, & quotuplex; cur appelletur ſyllabicum, cur temporale, de temporali potiſſimum hic inſtituitur diſputatio, quod conuenit verbis à vocali inceptis.

I. Quod ſunt vocales inceptiuæ verborum, quæ ſint augmenti temporalis capaces?

R. Quinque α, ι, υ, ε, ο, nam, η, & ω, non ſunt augmenti temporalis capaces, cum per ſe longæ ſint.

I. A in quid mutatur?

R. A breue præſentis, ſeu ſit in diphthongo, ſeu ſolitarium mutatur in η, ſi ſit iota in diphthongo ſubſcribitur, ſi ſit υ, adſcribitur ἀνύω, perficio, ἤνυον, ᾄδω, cano, ᾖδον, αἴρω, tollo, ᾖρον, αὐξάνω, augeo, ηὔξανον.

I. Nullane hic eſt anomalia?

R. Nulla, ſemper enim α, inceptiuum verbi mutatur in η, vt explicatum eſt.

Paucis tamen exceptis quæ ſeruant, α,

in imperfecto ἄω, ſpiro verbum imitatiuum ἆον.

Ἀηθέσσω, ἀήθεσσον, inſuetus ſum, ἀΐω, audio, ἄϊον, ἀνδίζομαι, faſtidio afficior, ἀνδιζόμην.

Hæc tria euphoniæ cauſa, ad vitandum concurſum vocalium eiuſdem pene ſoni.

Nota hæc reuera mutare α, non pictura ſed tempore: nam α breue præſentis, fit longum in imperfecto propter augmentum ἆον.

I. Iota in quid mutatur?

R. Non mutatur quidem pictura, ſed tempore: nam iota breue inceptiuum præſentis mutatur in longum in imperfecto, ἵκομαι, venio, ἱκόμην.

I. υ, in quid mutatur?

R. Non mutatur pictura, ſed tempore, vt iota: nam cum non habeant literas longas ſibi reſpondentes pictura, ſicut ε, habet η, & ο, habet ω, non poſſunt in ſuas longas mutari, ſed in ſeipſas è breuibus in longas.

Ὑβρίζω, iniuria afficio, ὕβριζον, tam eſt longum υ, in imperfecto, quam ω, in ὤπαζον, ab ὀπάζω.

I. ε, in quid mutatur?

R. Solitarium mutatur in η, in diphthon-

go eſt immutabile, ἐλεύθω, venio, ἤλευθον.
At manet in diphthongis, εἰκάζω, aſſimilo, εἴκαζον, εὐθύνω, dirigo, εὔθυνον.
I. Nullane eſt anomalia?
R. In aliquot verbis dumtaxat, hic appoſitis, quæ non mutant ε, in η, ſed augent aſſumpto iota & facta diphthongo ει: vt ἔχω, habeo, εἶχον, non ἦχον.
Ita ἔπω, dico εἶπον, ἕλω, capio, ἑλκύω, & ἑλκύζω, ἕλκω, traho, ἕρπω, & ἑρπίζω, ſerpo ἐάω, ſino, ἕζομαι, ſedeo, ἐρύω, haurio, ἔθω, aſſueſco, ἐθίζω, aſſuefacio, ἐργάζομαι, operor, ἕπομαι, ſequor, ἐρέω, dico, ἑστιάω, conuiuio excipio, ἑστήκω, ſto.
I. ο, in quid mutatur?
R. Mutatur in ω, ſi adſit ι, ſubſcribitur, ſi υ, manet immutatum, vt ὀπάζω, præbeo, ὤπαζον, οἰκίζω, condo, ᾤκιζον, οὐτάζω, vulnero, οὔταζον.
I. Nullane eſt anomalia?
R. Nulla, niſi in paucis, quæ non mutant οι, in ῳ; vt compoſita ab οἶνος vinum, οἰνίζω vinum redoleo, οἴνιζον. Ab οἰωνὸς augurium, οἰωνίζομαι auguror, οἰωνιζόμην. Ab οἴαξ gubernaculum, οἰακίζω, guberno, οἰάκιζον, & pauca ſimilia.

DE SEDE AVGMENTI.

I. Vbinam collocandum eſt augmentum in compoſitis?

R. Verba compoſita à præpoſitionibus, ſeu vna, ſeu pluribus, augentur in medio, perinde ac ſi non eſſent compoſita, vt παρακούω, non obſequor, παρήκουον, ex παρὰ, & ἀκούω, audio, non ἐπαράκουον.

Παραμένω, ex παρὰ, & μένω, permaneo, παρέμενον; προεκπέμπω præmitto ex πρὸ, & ἐξ & verbo πέμπω, mitto, προεξέπεμπον.

I. Quid compoſita à nominibus, vel ab α priuante?

R. Augentur iſta initio, perinde ac ſi non eſſent compoſita; vt φιλοσοφῶ, philoſophor, ἐφιλοσόφουν, ἀφρονῶ, deſipio, ἠφρόνουν.

I. Quid compoſita à præpoſitionibus εὐ, & δυς.

R. Si iungantur cum verbo cœpto à vocali mutabili, augentur in ea, vt δυσαρεστῶ. ex δυς, & ἀρεστῶ, ἤρεστουν, δυσηρέστουν; diſplicco, εὐεργετῶ, beneficiis afficio, ex εὐ, & ἐργετῶ, ἠργέτουν, εὐηργέτουν.

Si iungantur cum verbo cœpto à con-

ſona, vel à vocali longa immutabili, augentur initio, vt δυσχεραίνω, ægrè fero, ἐδυσχέραινον.

I. Nullane eſt anomalia de ſede augmenti.

R. Duplex eſt, prima cum verba compoſita à præpoſitionibus non augentur ſenſu, vel ſimplicia eorum non ſunt in vſu, tunc augentur initio, in ipſa præpoſitione, vt ἀμφισβητῶ, dubito ex ἀμφὶ, ἠμφισβήτουν; καθεύδω, dormio, ἐκάθευδον, ex κατὰ, & εὕδω.

Altera anomalia eſt in iis quæ vtrumque recipiunt augmentum, & initio præpoſitionis, & initio verbi, vt ἐνοχλῶ, ex ἐν, & ὀχλῶ, turbo, ὤχλουν, ἠνώχλουν, ἀνορθῶ, ex ἀνὰ, & ὀρθῶ, ὤρθουν, ἠνώρθουν, non tamen malè diceretur ἐνώχλουν, & ἀνώρθουν.

De Augmento Præteriti.

Hic expendentur potiſsimum difficultates, quæ occurrunt in prima thematis, quæ repetitur in formatione præteriti, vt dictum eſt dum de Arte formandi tempora.

I. Repetine poſſunt omnes conſonæ primæ thematis, in formatione præteriti?

R. Non, nam diuidere licet consonantes thematis in quatuor partes. Primo, in aspiratas. Secundo, in duplices. Tertio, in liquidas. Quarto, in reliquas omnes.
I. Verba quæ incipiunt ab aspirata vel φ, vel ϑ, vel χ, repetuntne illas aspiratas?
R. Non, sed eorum loco apponuntur tenues ϖ, κ, τ, vt φιλῶ, amo, ϖεφίληκα, non φεφίληκα, ϑύω, τέϑυκα, χράομαι, κέχρημαι, quia ex disputatione de literis, non debent duæ syllabæ consequenter incipere ab aspirata.
I. Verba quæ incipiunt à litera duplici ξ, ψ, ζ, vel à duplici consona repetuntne primam thematis?
R. Non, vnde ψάλλω, cano habet ἔψαλκα, ζέω, ferueo, ἔζεκα, ξέω, rado, ἔξεκα, σπείρω, semino, ἔσϖαρκα.
I. Verba, quæ incipiunt à muta cum liquida, repetuntne primam thematis?
R. Repetunt, quia non fit dura pronunciatio, vt in duplicibus, aut in duplici consona, vnde κλίνω, reclino, habet κέκλικα, κρίνω, iudico κέκρικα, γράφω, scribo γέγραφα, quibus adduntur κτ, ϖτ, μν, quia non faciunt duram pronunciationem; vt ϖτόω, cado ϖέϖτωκα; κτάομαι, possideo,

possideo, κέκτημαι; μνάομαι, memini, μέμνημαι: quæ repetitio aliquando negligitur, vt ἔκτημαι, pro κέκτημαι, à κτείνω occido ἔκτακα.

I. Nullane est exceptio?

R. Est in verbis quæ incipiunt à γν, vel γρ, quia in his, repetitio durior esset: vnde γνόω, nosco habet, ἔγνωκα, non γέγνωκα, γνωρίζω, ἐγνώρικα, notum reddo, γρηγορέω, ἐγρηγόρηκα; vigilo.

I. Quid de verbis, quæ incipiunt à litera ρ.

R. Ista non repetunt ρ, sed vbique duplicant, præposito augmento syllabico, vt ῥίπτω, ἔῤῥιπτον, ἔῤῥιφα, proiicio.

ATTICISMI.

A communi more abeunt aliquantisper Attici, in augmenti formatione, quos sequuti sunt Autores, ea de causa, explicanda visa sunt augmenta Attica, ne tironum animus hæreat inter legendum Autores: monendi tamen licere vsurpare vtroque more augmentum, & more communi iam explicato, & more Attico iam explicando.

I. Quid est discriminis inter augmentum Atticum & commune?

R. Sex reperio, in quibus Attici disce-

dunt à more communi, in augmenti formatione.

I. Quod eſt primum?

R. Mutant ε, in diphthongo, in η, quod tamen, in communi lingua, eſt immutabile, ſubſcripto iota, ſi ſit; εἰκάζω, εἴκαζον, Atticè ᾔκαζον, aſſimilo, εὔχομαι, εὐχόμην, Atticè, ηὐχόμην, precor.

I. Quid ſecundum?

R. Mutant augmentum, linguæ, communis, ſyllabicum ε, in η; vt μέλλω, ἔμελλον, Att. ἤμελλον, βούλομαι, ἐβουλόμην, Att. ἠβουλόμην, volo; δύναμαι, poſſum ἐδυνάμην, Atticè ἠδυνάμην, ἀπολαύω, fruor, ἀπέλαυον, Atticè ἀπήλαυον.

Nota hanc mutationem non vſurpandam, niſi in verbis hic expreſſis, niſi authoritate fulciaris.

I. Quid tertium?

R. In verbis cœptis ab ο, vel ω, addunt ε, ante augmentum communis linguæ temporale, in omnibus temporibus augmenti capacibus, ſeruato ſpiritu thematis.

Οράω, video ὥρων, Atticè ἑώρων, ὥρακα, Atticè ἑώρακα, οἴγω, aperio ὦγα, Atticè, ἔωγα, præt. medium; ὤθω impello ὦσμαι, Atticè ἔωσμαι, οἰνοχόω, fundo vinum,

ὠνόχουν, Atticè ἑωνόχουν.

Nota verbum ἑορτάζω, festum celebro, habet lingua communi ἑώρταζον, auctum in medio.

I. Quid quartum?

R. In verbis à λ, vel μ incœptis non repetunt Attici primam thematis in præterito, sed ablata prima thematis augent per ει, λείβω, libo λέλειφα, Atticè εἴλειφα; μείρομαι, sortior μέμαρμαι, Att. εἵμαρμαι.

I. Quid quintum?

R. In verbis, quæ incipiunt à duabus breuibus ε, vel ο, vel ab α breui repetunt in præterito duas priores literas thematis, & addunt eas ad augmentum linguæ communis; vt ἐρίζω, contendo, ἤρικα, Atticè ἐρήρικα, ὄλλω, perdo, ὦλα, Att. ὄλωλα.

Quod si Præteritum ita auctum, superet tres syllabas, & tertia syllaba longa fuerit, breuianda erit mutatis longis η, vel ω, in ο, vel ε.

I. Ostende in exemplis?

R. Ἀλήθω, molo ἤληκα, Att. ἀλήλεκα, non ἀλήληκα.

I. Quid si tertia syllaba sit diphthongus, vt in ἀκούω, audio, ἤκουκα?

R. Si sit ει, vel ευ abiicienda erit ε, vt ἐλεύθω,

venio, ἤλευθα, Att. ἐλήλυθα præteritum medium, ἀλείφω, vngo ἤλειφα, Att. ἀλήλιφα.

Si sit οι, vel ου, abiicienda erit ι, vel υ, vt ἑτοιμάζω, præparo, ἡτοίμακα, Atticè ἐτητομακα, ἀκέω, audio, ἤκεκα, Att. ἀκήκοκα.

Vnicum excipe, ἐρείδω, firmo, quod seruat suam diphthongum in tertia sylla-ba; ἤρεικα, Att. ἐρήρεικα.

I. Quid sextum?

R. Hæc verba, ita Atticé aucta in præterito, augentur adhuc, nouo augmento temporali, in plusquamperfecto, vt ἀκήκοα, ἠκηκόειν, ἀλήλιφα, ἠληλίφειν, ὀρύττω, ὤρυχα, ὀρώρυχα, ὠρωρύχειν, fodeo; Excipe vnicum ἐλήλυθα, quod seruat ε, ἐληλύθειν.

DE PENVLTIMA.

Hic disputatur de Penultima syllaba thematis seu præsentis Indicatiui; an debeat eadem retineri, dum ab eo formantur alia tempora; an vero mutari, vt in verbo σπείρω, semino. fut. σπερῶ, Præterit. ἔσπαρκα, vides vbique mutari Penultimam ει. Quia vero non est omnium temporum vna mutandæ penultimæ ratio, de singulis separatim agendum est.

DE PENVLTIMA
FVTVRI I.

I. Penultima Futuri 1. Eftne eadem atque præfentis?

R. Eft eadem in omnibus verbis, exceptis iis quintæ Claffis, vt πείθω, perfuadeo, πείσω, λύω, λύσω.

I. Quid eft differentiæ in verbis quintæ Claffis.

R. Verba quintæ Claffis debent corripere penultimam, inde duo contingunt. Primo, fi fit duplex confona in præfenti altera aufertur quæ non eft character, vt στέλλω, mitto, στελῶ, τέμνω, fcindo, τεμῶ. Secundo, fi fit diphthongus αι, vel ει, reiicitur iota, vt φαίνω, oftendo, φανῶ, σπείρω, femino σπερῶ.

His addi poffunt quædam verba fextæ Claffis, quæ mutant breues α, ε, ο, in longas, vt τιμάω, τιμήσω, φιλέω, φιλήσω, δηλόω, δηλώσω; quæ mutent quæ non mutent vide differtationem de Futuris.

Ifta tantum affumunt υ; in futuro πνέω fpiro πνεύσω, πλέω nauigo πλεύσω, καίω vro καύσω, κλαίω, fleo κλαύσω.

DE PENVLTIMA AORISTI 1.

I. Penultima Aoristi 1. estne eadem atque Futuri 1. à quo formatur?
R. Est eadem nisi in verbis quintæ Classis, quia penultima futuri istorum verborum est semper breuis, & penultima Aoristi 1. debet esse longa.
I. Quomodo longa fiet?
R. Si sint α, ι, υ, in futuro censebuntur longæ in Aoristo, vnde nihil mutabitur, vt φανῶ, ἔφανα, κρινῶ, ἔκρινα, θύνῶ, ἔθυνα.
Si sit ε, (nam ο, nunquam est) assumet iota, vt σπερῶ, ἔσπειρα, στελῶ, ἔστειλα.
Obserua Atticos hic mutare α futuri in η, vt ἔφανα, communiter, Atticè ἔφηνα.

DE PENVLTIMA AORISTI 2.

I. Penultima Aoristi 2. Estne eadem atque præsentis.
R. Non semper quia in Aoristo 2. penultima debet esse breuis ε, vel ο, vel α, ι, υ; nam hæ tres postremæ censentur breues in penultima Aoristi 2. vt κρίνω, iudico,

ἔκρρινον, θύνω, ruo ἔθυνον, θάπ]ω, ſepelio, ἔταφον.

I. Si ſit η, vel ω, in præſenti quid fiet?

R. Mutabuntur in α, breue, vt τρώγω, comedo. ἔτραγον, λήβω, capio ἔλαβον.

☞ Vnicum excipe πλήσσω, percutio ad corpus relatum facit enim ἔπληγον, ad animum relatum facit ἔπλαγον.

I. Si ſit diphthongus in præſenti quid fiet?

R. ſi ſit αι, vel αυ manebit α, & reiicientur Subiunctiuæ, vt καίω, vro, ἔκαον, παύω, ceſſo, ἔπαον. Hæc duo Aoriſta ponuntur exempli cauſa, nam aliqui non admitunt Aoriſtum 2. à verbis in αυω.

Si ſit ει, vel ευ, reiicietur ε, præpoſitiua, vt πείθω, perſuadeo ἔπιθον, φεύγω, fugio ἔφυγον, ἐλεύθω, venio ἤλυθον, & ſyncopè ἦλθον.

Excipe verba ſextæ Claſſis flexa, quæ nihil mutant in penultima præſentis, vt δȣπέω, ſono ἔδȣπον, ita βλαςέω, germino, ἔβλαςον.

Nota nihil dictum de verbis in ȣω, qui non cenſentur habere Aoriſtum 2. ἀκȣ́ω, audio habet ἤκοον, apud Poëtas, reiicit enim Subiunctiuam.

I. Si ſit duplex conſona quid fiet?

R. Si post characterem thematis ponatur consona, vt in verbis πlω, μνω, κlω, illa consona reiicietur ita τύπlω, verbero ἔτυπον, τέμνω, scindo; ἔταμον, τίκlω, pario ἔτεκον ψάλλω, canto ἔψαλον.

Si ante characterem ponatur consona ρ nihil mutabitur, vt μάρπlω, prehendo, ἔμαρπον, δέρκω, video ἔδαρκον, πέρθω, perdo, ἔπαρθον. In istis fit à Poëtis Metathesis, ἔδρακον, ἔπραθον.

I. Cur dixisti τέμνω, ἔταμον, δέρκω, ἔδαρκον, & similia.

R. Quia verba dissyllaba quæ habent ε, in futuri primi penultima, mutant illud ε, in α, in hoc Aoristo si sit ante vel post liquidam, vt σπείρω σπερῶ, ἔσπαρον, στέλλω στελῶ ἔσταλον, πλέκω ἔπλακον plico, κλέπlω, furor ἔκλαπον.

Ab his tamen excipe quatuor hæc verba λέγω dico ἔλεγον, βλέπω, video ἔβλεπον, φλέγω ardeo ἔφλεγον, ἐνέγκω fero, ἤνεγκον, quæ non mutant ε, in α, licet præcedat liquida.

I. Futurum 2. sequiturne semper penultimam Aoristi 2. à quo formatur?

R. Sequitur semper & in eo nulla est anomalia. Ita σπείρω semino fut. 1. σπερῶ Aor.

Aor. 2. ἔσπαρον, fut. 2. σπαρῶ, κλέπτω, furor, fut. 1. κλέψω, Aor. 2. ἔκλαπον, fut. 2. κλαπῶ, λήβω, ἔλαβον, λαβῶ.

DE PENVLTIMA PRÆTERITI.

I. Penultima Præteriti eſtne eadem quæ præſentis?

R. Eſt in omnibus Claſſibus quatuor prioribus, vt τύπτω verbero τέτυφα, λέγω dico λέλεχα, πείθω, perſuadeo, πέπεικα.

I. Quid eſt differentiæ in verbis quintæ Claſſis?

R. Si ſint diſſyllaba, & habeant ε, mutant illud in α, vt στέλλω, ἔσταλκα.

I. Si habeant αι quid fit?

R. Abijcient iota ſeu diſſyllaba ſint ſeu polyſyllaba, vt φαίνω πέφαγκα, ὑφαίνω, ſubtexo, ὕφαγκα, μιαίνω, fœdo, μεμίαγκα.

I. Si habeant ει, quid fiet?

R. Si ſint diſſyllaba mutant illud in α, vt σπείρω ἔσπαρκα.

Si ſint polyſyllaba abiicient iota, vt ἐγείρω excito ἤγερκα, ὀφείλω; debeo ὤφελκα.

I. In verbis ſextæ Claſſis quid eſt differentiæ?

R. Vt in futuro ita etiam in præterito aliqua verba in εω, αω, οω, mutant breues penultimas ε, α, in η, ο, in ω, vt φιλέω πεφίληκα τιμάω τετίμηκα, δηλόω, δεδήλωκα.
I. Nihilne est aliud anomaliæ in penultima Præteriti?

Est in verbis quintæ Classis, Quorum character est μ, vel ν, nam Euphoniæ causa assumunt η, in penultima Præteriti, vt νέμω νένεμκα pasco, posito η, ante κ, νενέμηκα, ita κάμνω, laboro, κέκαμκα, κεκάμηκα, βρέμω fremo, βέβρεμκα βεβρέμηκα. Quia litera μ, non consonat cum κ, ita μένω, maneo μέμεγκα, μεμένηκα.

Obserua hæc verba syncopen eleganter pati δέμω, ædifico δεδέμηκα, syncopè δέδμηκα, ita κάμνω, κεκάμηκα, κέκμηκα, τέμνω scindo, τετέμηκα, τέτμηκα.

I. Nihilne mutant hic Attici?
R. In verbis primæ & secundæ Classis dissyllabis mutant ε, penultimæ in ο, vt τέμπω, mitto πέπεμφα, Atticè πέπομφα, βρέχω βέβρεχα, βέβροχα.

DE PENVLTIMA preteri medij.

I. Estne eadem penultima medij Præteriti & Actiui?

R. In omnibus penè eſt eadem, in paucis vero diuerſa.

I. In quibus eſt diuerſa?

R. In omnibus verbis diſſyllabis quorum penultima futuri 1. eſt ε, mutant enim illud ε, in ο: vt λέγω, λέξω λέλογα, πέμπω πέμψω πέπομπα, σπείρω, σπερῶ ἔσπορα, τέμνω τεμῶ τέτομα, στέλλω στελῶ ἔστολα. Polyſyllaba nihil mutant, vt ἀγγέλλω, nuntio ἤγγελκα ἤγγελα, ὀφείλω, debeo ὀφειλκα ὤφελα.

I. Si fuerit ει, in penultima futuri 1. quid fiet?

R. Mutabitur in οι, ſeu verba ſint diſſyllaba ſeu polyſyllaba, vt πείθω, πείσω πέποιθα, ἀλείφω, vngo, ἀλείψω ἤλοιφα, εἴδω noui, οἶδα.

I. Nihilne eſt aliud anomaliæ?

R. In verbis quæ habent αι in penultima præſentis, quæ mutatur in ῃ cum iota ſubſcripto, vt φαίνω πέφηνα, μιαίνω μεμίηνα. Et duo quæ mutant α, penultimæ præſentis in η, vt θάλλω floreo τέθηλα, κλάζω clango κέκληγα.

DISSERTATIO XI.

Fundamentum Artis Græcè Coniugandi.

Ars Græcè coniugandi, quam propoſui, non eſt ratio coniugandi diſcrepans ab antiqua; ſed noua illius antiquæ rationis explicatio, & apertiſſima methodus; qua imbuti vel ipſi pueruli ſecuriſſimè coniugant, & ſcribunt verbum integrum actiuum, paſſiuum, & medium, amoto omni libro, propoſito tantum aliquo verbi themate, & non modo temporum, & perſonarum; ſed omnium etiam literarum rationem petenti reddere apti ſunt, vt experientia conſtat.

Huius autem Artis arcanum quod ſparſim in paradigmate λύω diſtribui; Hic aceruatim, velut in conſpectum vnum collegi, eaque quibus nititur fundamenta conieci.

FVNDAMENTVM I.

Duplex eſt tantum coniugandi modus, apud Græcos, Actiuus & Paſſiuus.

Sunt apud Græcos tres voces, Actiua, Paſſiua, & Media; at iis vocibus non alligant modos coniugandi, ſed terminationibus temporum, cuiuſcunque ſint vocis, vnde omnia & ſola tempora terminata in μαι, vel μην coniugantur paſſiuè, vt λύομαι, ἐλυόμην & ſimilia omnia tempora ita terminata, ſiue ſint paſſiuæ vocis ſiue mediæ.

Omnia alia tempora Actiua, Paſſiua, media non terminata in μαι, vel μην actiuè coniuganda ſunt. Vti omnia in ω, in ον, in α, in ειν, in ην, in μι. Sunt enim tantum ſex iſtæ terminationes primæ perſonæ temporum Græcorum Actiuæ, & duæ μαι & μην Paſſiuæ.

FVNDAMENTVM II.

Terminationes perſonarum, in quoque tempore, à prima perſona deriuatarum Actiuæ ſunt σ pro ſingulari, τον, vel την

pro duali, μεν τε pro plurali; quæ in omni tempore, actiuè coniugando, eædem reperiuntur, in omni modo; Indicatiuo, Subiunctiuo, Optatiuo; in omni voce Actiua, Passiua, Media; in omni genere verborum in ω, vel in μι.

Coniugare, est diffundere primam personam, cuiuscumque temporis, in alias personas singularis, dualis, & pluralis. Id autem fit, additis tantum ad primam personam, supra expositis terminationibus σ, τον, vel την, μεν, τε, vt explicatur in paradigmate λύω.

Terminationes passiuæ sunt eædem, sed scriptæ per ϑ, cum actiuæ scribantur per τ. Sunt autem μαι, σαι, ται, pro singulari; μεϑον, σϑον, pro duali, μεϑα, σϑε, νται pro plurali. μην, σο, το; μεϑον, σϑον, σϑην pro duali; μεϑα, σϑε, ντο pro plurali.

Præteritum λέλυμαι coniugandum assume & accipe λελυ, cui attexe terminationes iam positas, & absolueris coniugandi modum, λέλυσαι, λέλυται; λελύμεϑον λέλυσϑον; λελύμεϑα, λέλυσϑε, λέλυνται.

Plusquam perfectum, ἐλελύμην. Accipe ελελυ, cui attexe terminationes, ἐλέλυσο, ἐλέλυτο; ἐλελύμεϑον, ἐλέλυσϑον, ελελύσϑην;

ἐλελύμεθα, ἐλέλυσθε, ἐλέλυντο. Terminationes eædem ſunt atque temporum in μαι; niſi quod ſingulares, & tertia pluralis terminantur in ο.

FVNDAMENTVM III

Intelligendæ notæ modorum & temporũ. Notas appello, eas vocales aut diphthongos, quæ ponuntur ante terminationes communes perſonarum : nam cum terminationes ſint in omni tempore, & modo, eædem; non poſſunt illæ diſcrimen ponere inter tempora, & modos; Vnde recurrendum fuit ad huiuſmodi notas.

Notæ Indicatiui & Imperatiui ſunt duæ vocales breues ε, ο, quibus opponuntur duæ longæ η, & ω, quæ ſunt notæ Subiunctiui; Vnde in quibus perſonis Indicatiui eſt ε, in iiſdem Subiunctiui eſt η; in quibus eſt ο, in iis eſt ω, in Subiunctiuo: Ita λύετον dualis Indicatiui, λύητον Subiunctiui; λύομεν Indicatiui, λύωμεν Subiunctiui.

Hæ autem notæ ita diſtribuuntur, vt ο ſit tantum pro primis perſonis, & tertia

plurali: Quod idem est de ω, in Subiunctiuo, vt apertè constat ex Passiuo, λύομαι, λυόμεθον, λυόμεθα, λύονται: In Sub. λύωμαι, λυώμεθον, λυώμεθα, λύωνται.

E tribuitur secundis & tertiis personis λύεσαι, λύεται; non λύοσαι λύοται. In Duali λύεσθον; in Plurali λύεσθε. Ita in Sub. λύησαι, λύηται, λύησθον, λύησθε.

Notæ Optatiui sunt diphthongi οι pro omni tempore & persona: excepto solo Aoristo 1. quod habet αι.

Ex his notis, inter legendum Autores, facile intelligis quo ex modo sit persona quam legis: nam si sit λύοιμεν, ex nota intelligis esse Optatiui; si λύωμεν Subiunctiui; si λύομεν Indicatiui, & ita de aliis.

Sunt aliqua tempora in Indicatiuo quæ non seruant huiusmodi notas, sed proprias habent, hoc est primæ suæ personæ: vti omnia tempora terminata in α, vt λέλυκα, ἔλυσα, & similia; seruant enim suum α in omnibus personis: idem fit in terminatis in ειν, vt ἐλελύκειν, in ην, vt ἐλύθην: seruant enim ει & η in omni sua persona. His adde Præterita passiua & plusquam perfecta λέλυμαι, ἐλελύμην, & omnia Aorista 1. quæ fere semper seruant suum α:

excepto

excepto Subiunctiuo; nam omnia tempora Subiunctiui, in omni voce, ſine anomalia, ſeruant notas ſuas η & ω.

FVNDAMENTVM IV.

Tres ſunt primarij characteres verborum, præſentis nimirum ſeu thematis, futuri, & præteriti. Ex his character thematis regnare debet in omnibus temporibus, & perſonis, omnium modorum: vel per ſe, vel in litera, quæ ſit eiuſdem cum ipſo facultatis: nam arboris rami, fructuſque, à radice non modo vitam hauriunt, ſed colorem & ingenium.

Ex hoc fundamento colligetur, non mutari characterem præſentis ad formandum futurum, vt volunt Grammatici; nam character verbi λύω eſt υ, an υ mutatur in characterem futuri σ, imo σ ſuperadditur, & dicitur λύσω. Ita τύπτω non mutatur π, ſed aſſumit σ, τύψω ſeu τύπσω. πλέκω non mutat κ, ſed aſſumit σ, πλέξω ſeu πλέκσω. ψάλλω non mutat λ, cum idem remaneat, ψαλῶ.

Velim ex his intelligas, cur repudiato verbo τύπτω, aſſumpſerim in paradigma con-

iugationis verbum λύω : Quia ex omnibus verbis minime anomalum, & in quo deprehendas ea omnia fundamenta, quæ posita sunt ad Artem coniugandi ; in omni siquidem voce, tempore, & modo ; & in omnibus personis, seruat characterem sui thematis υ, tanquam symbolum & colorem radicis. Verbum τύπτω anomalum est cum non coniugetur extra præsens & imperfectum cum suo τ ; quod est proprium anomalorum ; in aliis enim temporibus coniugatur verbum τύπω.

